DIFFERENTIAS IVRIVM

1) ROMANI 2) GRAECI 3) GERMANICI 4) FEVDALIS 5) PVBLICI 6) NATVRAE 7) GENTIVM 8) VENIAE AETATIS 9) PROBLEMATVM FORENSIVM

IN

AETATE
PVBERVM
ET
MAIORVM,

REGVM; PRINCIPVM; CLIENTVM; SVBDITORVM,





PRAESIDE

IOANNE PETRO DE LVDEWIG,

FRIDERICIANAE CANCELLARIO,
POTENTISS. PORVSS. REG. A CONSILIIS INTIMIS
ET IN REGIMINE ATQVE CONSISTORIO DVCATVS MAGDEBVRGICI,
ORDINIS ICTORVM PRAESIDE VICARIO,
PROFESSORE IVRIVM ET HISTORIARVM,
DOMINO IN GATTERSTAETT, RELIQVA

RESPONDEBIT

CAROLVS HENRICVS FVHRMANN,

HALENSIS MAGDEB.

DIE IX. KAL. MAII CIϽIϽCCXXV.

HALAE VENEDORVM,
typis IOHANNIS GRVNERTI, Academiae typographi.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

CHRISTOPHORO

DE

KATSCH,

POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CON-
SILIIS SANCTIORIBVS RERVM BELLI
ET PACIS;

PRAESIDI VICARIO IN SVPREMO SENATV REDITVVM
PRINCIPALIVM, MILITARIS AERARII ET ADPARATVS
ATQVE SACRI PATRIMONII;

CAVSARVM MILITARIVM ET CRIMINALIVM
VTI ET SVPREMORVM IN HIS TRIBVNALIVM
DIRECTORI;

GENERALI EXERCITVVM PRAEFECTO;

DYNASTAE IN DOEBERIZ ET FERBIZ
RELIQVA,

DOMINO MEO INDVLGEN-
TISSIMO

SACRVM.

INDVLGENTISSIME DOMINE,



A rerum negotiorumque moles ſtupenda premit humeros TVOS, DOMINE, ut inſtar portenti ſit, unum HEROEM tot ſufficere munerum oneribus grauiſſimis. Sunt REGALIVM exercituum copiae immanes; quarum cauſae innumerae, TVO iudicio conficiendae &, quoties opus, exponendae REGI AVGVSTISSIMO, curis uere quotidianis. Et quemadmodum in REGNO ac prouinciis principalibus tot purpurati collegae TVI in eo defigunt animos, ut terras hominesque uer-

tant

tant in ſtatum meliorem: ita, quid hic iuſtum aequumue, domi ac foris, TVAE demandatum cynoſurae. Vt etiam facinora, culpae, crimina, peccata quaeuis mortalium caueantur emendenturque poenis ac coercitionibus, in terrorem & exemplum propoſitis aliorum, TVAE illud non minus relictum integritati, fidei, prouidentiae ac perſpicaciae. Es in AVGVSTISSIMI REGIS amore ideo, quod omnia TVA ſincera ſint, alieniſſima a ſtudio partium, ab ira & amore; quod lucri odor nullus; quod opum aut diuitiarum nulla cupiditas inceſſerit mentem TVAM; quod cauſas PRINCIPIS TVI tractes, inſtar cultus diuini, qui eſſe non debet mercenarius; quod praemia ab AVGVSTO non roges, ſed fugias magis, quam expetas aut expectes; quod nullas in rerum expediendarum calculis moras toleres, ſed tollas omnes; quod ore, conſilio & calamo promptiſſimus in omni ſorte cauſarum & negotiorum. Circumfers enim

animum, instructum litteris, usuque rerum temporis longissimi peritum, & subactum mille exemplis & casibus similibus; ut causas citius finias multoties, quam alii eas soleant instruere. Praesertim si oris TVI facundia accesserit, cui nec resistere ualent pectora, obfirmata obstinatione & peruicacia. Neque illud raro fit, ut, si difficultas momenti maioris, & cedere nolint *partes*; trahas demum in concordiam *hospites* & in conuictu saepius pertinaciam eorundem expugnes incendiaque litigiorum extinguas. Instruis enim ea liberalitate, munditia, lautitiaque mensam TVAM, ut principibus, legatis, purpuratis & honoratis uiris in urbe & in prouinciis, imo peregrinis etiam locus sit, cuiusque sorte dignissimus. Quem adparatum adauget aedium TVARVM magnificentia, amplitudo, conspicua in illis aulaea, peristromata, stragulae, ornamenta alia plura, conducta aere ac impensis manu liberali. Qui ergo nec inter prandendum ita otiosus es, quin

quin colloquia inſtituas ac colas de rebus agendis ac diiudicandis: iuſſu indulgentiaque REGALI animum biduo remittere debes & ſabbathi ac ſolis ferias agere ruri, in praedioque DOEBERIZIANO, ne operae ac uigiliae perpetuatae deſtruant TVAM ualetudinem. Quam ſingulari cura, prouidentia, affabilitate & comitate ſermonis fouet & recreat CONIVX TVA, MATRONA illuſtrium natalium; gentis atauitae; pulchritudinis ac uenuſtatis eximiae; prudentiae ac uirtutis, uere heroinae, dignitate, ſorte, excellentia, ſplendore ac luce ſexui muliebri uniuerſo proponenda in exemplum, quod colant, ſuſpiciant & imitentur. Cum igitur fortunas TVAS omnes celſo loco poſuerit aeterni NVMINIS prouidentia; titubat humilis muſula mea, in conſpectum TVVM prodire. Eſt tamen, quod plures agnoſcunt & laudibus extollunt ac poſteritati commendant, ſingularis etiam indulgentia TVA, qua precibus ac numeris tot clientum aures non obduras, ſed prae-

praebes benignissimas; opportuno tempore apud REGEM AVGVSTISSIMVM eorundem interpres ac intercessor. Eadem fiducia egomet quoque excitatus ad spemque eandem erectus, opusculum hoc, in academica arena uentilatum, illustrissimoque NOMINI TVO inscriptum, coram TE, demissisimo animo cultuque, depono uoueoque, ut DEVS tueatur ualetudinem TVAM uiresque ac annos corroboret adaugeatque in seram usque & tranquillam aetatem.

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO NOMINI TVO

In Fridericiana die
XI. kal. mensis Maii
CIↃ IↃ CC XXV.

deuotissimus & demissisimus
cliens

Carolus Henricus Fuhrmann.

Hiſtoria *iuris Romani* in PVBERTATE inchoanda & FINIENDA *tutela.*

Principio finita tutela XVII. anno.

IPſe frangam iter, ducibus relictus alienis. Principio urbis ad *tutelam finiendam* opus fuerat aetate XVII. ingreſſuue XVIII. annorum. Quoniam *animi* uires expectandae: non inſpicienda uentris lanugo aut ex uirga uel utero emiſſum *ſemen*. Docet hoc fragmentum *Tuberonis* hiſtorici, quod nobis ſeruauit *A.* GELLIVS *lib. X. c. 28.* Seruius Tullius, *rex, quinque claſſes inſtituit, cenſus faciendi gratia.* PVEROS *eſſe exiſtimauit, qui minores eſſent annis XVII. Atque inde ab anno XVII. quod* IDONEOS *eſſe arbitraretur* REIPVBLICAE, *milites ſcripſit.* Hinc, inſtar olim *portenti* fuerat, adoleſcentem XIV. annorum, habitu indui *uirili*, quod tamen euenerat, poſt XII. tabularum leges. Teſtis eſt MACROBIVS *lib. 7. Saturn. c. 4.* aliis 6. TARQVINIVS PRISCVS *filium annos XIV. natum, quod hoſtem manu percuſſerat, bulla aurea praetextaque donauit.* Hinc deductus mos, *ut praetexta & bulla in uſu puerorum nobilium.* Fingat autem ille praetextae hiſtoriolam hanc. Mihi illud ſatis: regum tempore XIV. aetatis annum nondum talem fuiſſe, ut uirili ueſte, qualis tum fuerat praetexta, indueretur. Sigillatim de hac eadem aetate, militiae apta etiam C. GRACCHI LEGE cautum: νεώτερον ἑπτὰ καὶ δέκα ἐτῶν μὴ καταλέγεσθαι στρατιώτην, quod PLVTARCHVS habet in *Gracchis p. 837.* Neque aliter hic accipio locum VEGETII *lib. I. c. 4.* quod ANTIQVA *conſuetudo* (ad Seruii Tullii forte & legem reſpicit & pubertatem) INCIPIENTEM PVBERTATEM, ſcilicet *plenam* ſiue *ciuilem, ad delectum militarem uocet.* Vbi non *pubertas* in ſenſu *naturali*, XIV. annorum accipienda, quae non antiquitatis, ſed *nouitatis* deliria; uerum in ſenſu *uetuſtatis ciuili* XVII. Qua luce colluſtrandi LIPSIVS *lib. I. milit. Rom. dial. 2.* atque

NAVDAEVS *de studio militari lib. I. c.* 7. qui significatum *pubertatis naturalis* & *ciuilis; ueterem* & *nouum* nesciunt hic distinguere atque ideo Vegetium conuellunt. DODWELLVS *in praelect. Camd. V. §. 9. 10. 11.* existimat, ueteribus *aetatem militiae* aptam fuisse XIV. annorum. Proferrque ideo exempla. Verum illa pertinent eo: quod nonnunquam, publicae salutis causa, si satis militum legitimae aetatis non esset, *aetas militaris* fuerit contracta. Vel, si quis citius militare uellet, ut eo maturius absolueret *expeditionum* definitum numerum, hoc poterat ei indulgeri: cogi autem non poterat ante XVII. annorum aetatem.

Inde pubertas plena XVIII. etiamnunc. §. 2. Est etiam aliud argumentum *pubertatis ciuilis*, seu, quod Romani post dixerunt, *plenae*. Quam illi secuti sunt; post finiendam tutelam, in causis aliis plerisque. Certo indicio, illam olim Romae uniuersim obtinuisse. Post enim distinctione hac *in pubertatem simplicem* & *plenam* opus demum fuit; quam prima ad finiendam tutelam, non animi iudicio; sed indicio pudendorum, pudendoque errore, esset introducta. Principio

In adoptionibus. qui *adoptare* aut *arrogare* uoluerat, non XIV. sed XVIII. annis debuerat superare adoptandum aut adrogandum *l. 40. adrogato D. de adoption.* atque §. 4. *Inst. de adopt.* Vbi mirum est, *generandi* potentia homullis tributa, XII. aut XIV. pueritiae annis, negari tamen *adoptandi* facultatem ad annum usque XVIII. cum, ipsa lege loquente, adoptio imitetur naturam, id est, generationem.

In alimentis. §. 3. In legatis praeterea *alimentis* hac formula: *usque ad pubertatem:* pietas Adriani ad ueterem respexit pubertatis *ciuilis* terminum XVIII. aetatis annum *l. 14. Mela D. de alimentis leg.*

Iudicis munere. §. 4. Tum *sententia* iudicis non ualuit, licet *puberis,* nisi annum XVIII. consecutus esset, id est, *plenam* aut *ciuilem* pubertatem *l. 57. quidam D. de re iud.*

§. 5.

§. 5. Porro idem in *postulando* terminus. Si quidem puer, aduocatus, licet *pubes*, plenam pubertatem; id est, XVIII. aetatis annum non inchoauisset *l. 1. hunc titulum §. 3. D. de post.* *Postulando.*

§. 6. Praeterea, quin *puberes* manumitterent nisi XX. annos nati, prohibuit AVGVSTVS imperator per l. AELIAM SENTIAM, *§. 7. Inst. qui & ex quib. caussis manumittere non licet.* Quem terminum Iustinianus contraxit ad XVIII. annum §. *ult. Inst. eod.* aut XVII. Quia in huius fine initium illius & contra. Sed *Nou. 119. c. 2.* sufficit XIV. annus. Arte imperatorum, ut seruorum numeri cum iisque potentia ac opes ciuium Romanorum decrescerent neque possent principis potentatui porro obesse. *Manumissionibus.*

§. 7. In VENIA AETATIS indulgenda *faeminis* iidem aetatis limites XVIII. annorum definiti a *Constantino M.* Cuius legem recitant codices cum THEODOSIANVS in *tit. de his, qui ueniam aetatis impetrarunt;* tum IVSTINIANEVS in l. 2. omnes adolescentes *tituli* eiusdem. Quod uero protulerit terminum in *masculis biennio*, nolueritque ueniam aetatis his ante indulgeri, quam *XX. anni clauserint* aetatis *adolescentiam;* illud Graecus imperator haud dubio hausit ex iurisprudentia Graeca. Haec enim anno demum XX. aetatis finiuit pueritiam & tutelam atque adolescentes inscripsit ΑΕΞΙΑΡΧΙΚΟΙ, id est, albo ciuium, quod ante locum ac numerum non mereri uiderentur in republica. Qua de re inferius. *Venia aetatis.*

§. 8. Hoc igitur cum ita sit, Romanos in *ciuili pubertate* toties in oculis habuisse XVII. anni egressum ingressumue XVIII. quod dictum doctumque; putauerim, illos ad pristina *finiendae tutelae* tempora, sub regibus animum retulisse, definita XVII. uel XVIII. annorum spatiis. *Inde XVII. annorum MEMORIA,*

Pudendus error XII. tabularum in FINIENDA *tutela cum* PVBERTATIS. *initio XII. aut XIV.*

§. 9. In alia iuere, regibus exactis, *decemuiri.* Post enim quam Romani, regiarum legum, uti nominis regii, pertaesi fuerunt; nouas requirendas esse aliunde, constituerunt. Vti uero ex litteratissima *Graecia* disciplinas alias omnes hauserunt Romani; ita etiam inde LEGVM petiere adparatum. Viri igitur ex Latio in Graeciam missi legatique sunt: ut, quicquid legum bonarum *Graecia* uel uniuersim haberet uel sigillatim per *prouincias* ac *urbes*, illud describerent. Eo quidem fine, ut Romani inde acciperent conficerentque nouum IVRIS CORPVS. Receptus ille legum Graecarum publicus ac solennis fuit. Ideo in XII. TABVLAS illae relatae. In quarum *quinta*, lege *quarta*, uerba sunt haec: SI PATERFAMILIAS INTESTATO MORITVR CVIMPVBES (cui impubes) SVVS HERES ESCIT (fit): AGNATVS PROXIMVS TVTELAM NANCITOR. Certo indicio, *puberem* non subfuisse porro auctoritati *tutoris.* Ab hoc igitur tempore & occasione deliria *insanientis Latii* deduci debent: quod *puberes* debeant relinqui *suae tutelae* & aliena liberari. Quod olim factum non fuerat ante annum XVII. aetatis, licet homullus egressus *pueritiae* annos consecutusque sit *pubem, lanuginem, pilos.* Non *pueri* aut *puerae* tantum ad XII. aut XIV. aetatis annos in *tutela* egerant: sed etiam *adolescentes,* XVII. annos nati, suberant tutoribus. Anno enim XVIII. demum, SERVII TVLLII iudicio ac lege, arbitrati sunt Romani *adolescentes,* reipublicae *idoneos* atque dignos, ut, *praetexta,* loquor in significatu recentiori, posita, induerentur toga *uirili* referrenturque in *censum.*

CONFVSIO *immanis temporum* 1) *ad* nuptias 2) *finiendas* tutelas.

§. 10. Nam, perturbatione rerum iuriumque immani, confuderant XII. TABVLARVM scriptores: tempus *nuptiarum,* cum aetate, ob quam liberandus esset *tutore* pupillus. *Nuptiarum* ratio requirenda in *genitalibus* atque *semine* protuberante *uirili* uel *uterino.* Atque in hoc argumento Romanorum iudicia recta. Vt, quod

TER-

TERTVLLIANVS *de uirginibus uelandis* ſub finem ſcribit, *ex lege naturae iura ſua aetatibus reddant. Nam fœminas ideo a XII. annis: maſculum uero a duobus amplius ad negotia mittunt. Pubertatem in* ANNIS; *non in* SPONSALIBVS *aut* NVPTIIS *decernentes.* Certe XIV. aetatis annus Graecis erat *nubilis* aut connubio maturus. Neque, praeſertim in oriente, terminus fallit aut ſerior eſt iuſto. Vnde facile deinceps fuit philoſophis & legislatoribus, in hoc numero fingere myſterium *duplicis ſeptennarii, duarum hebdomadum* annalium ſiue annatarum. Qua de re in *capite* ſequenti.

Cauſa, in pubertate ſexus diuerſa, qui diuerſa?

§. II. Illud non minus condonandum eſt Romanis; quod tempus *pubertatis* anteuerterint *duobus* annis in *foemellis,* XII. annum illis ſtatuendo. Siue, quod natura uirgines citius *ueſtiret* & *ſemen uterinum* ſeu *menſtruum* expelleret celerius, quam *uirile:* ſiue quod facilius eſſet, *pati* & concipere; quam agere & generare. Quae tamen rationes parum conſultae. Quoniam utero immaturo maiora damna ac pericula ſi concipere; ſi gerere ac nutrire in uentre partum debet; ſi edere, demum in lucem proferre: quam puero *hirquitallienti* intempeſtiue. Inde olim inter *foeminae* & *maſculi* pubertatem nulla diſcrimina, Vtrique certe audiuerunt *puer hic* & *haec*; imo *puerae* & *pueri* auctore PRISCIANO (*). Poſt autem, quam *duodecennis* foemella *pubes* diceretur: nomen quoque mutandum in hac fuerat dicendumque,

Inconcinna prorſus

Olim foemellis & maſculis pubertatis terminus idem.

(*) *Lib. VI. Grammatic. p.* 696. 697. uerba illius ſunt: *Puer,* PVERI, *cuius foemininum antiqui dicebant* PVERA. *Vnde etiam* puerpera *dicitur, quae* pueram, *id eſt, puellam parit. Eſt autem* puerae *deminutiuum* puella. *Et* puerilis *ſimplicitas etiam de foeminis.* Liuius in odyſſea: *mea* puera, *mea* puera, *quid uerbi ex ore tuo.* Idem alibi: PVERARVM *manibus confectum. Non eſt etiam ignorandum, quod hic* PVERVS; *hic & haec puer; deinde* PVELLVS & puella *uetuſtiſſimi protulerint.* O PVERE, PVERE *Afranius.* Et Plautus: *dules* PVELLVS. Sancta puer *Liuius in Odyſſea.* Idem habet repetitque *lib. XI. p.* 923. Certe ueteres Germani: *bub & bubin.* Imo primum in genere etiam utroque cum *foemineo,* tum *maſculino* uſurpare ſolent etiam adhuc.

Inde puer, puera. Puellus, puella.

puella in deminutiuo, uti etiam XII. annorum *puellus* siue puerulus. *Puerae* autem uox obsoleuit ideo; quod, in XII. annorum muliebri pubertate, Romani nescirent deinceps *pueras* siue *has pueres.* Quod utrumque olim, nondum introducta pubertatis differentia, fuerat in communi usu.

Foeminea *pubertas* breuior, *quam* masculorum. Nuptiis *id concinnum; non finiendae* tutelae.

§. 12. Licet autem *foemina* citius, ob *pubertatem* celeriorem, *nubere* posset, quam *ducere* masculus: ille tamen stupor magis horrendus, quod crederetur ideo prudentior *puella*, quam *puellus duodecennis.* Imo anno hoc, ad libidinem ad luxum procliui, daretur homunculis, ut suo indulgerent genio, uiuerentque sine praefecto aut duce. Deinde nasutulae *puellae* facultas esset, testandi scribendique heredes, non *puello* aetatis eiusdem. Cum tamen *fragile* mulieris iudicium per omnem uitam. Et quae non inde legum portenta alia: in aestimandis delictis; testibus; uenia aetatis & innumeris puberum iuribus aliis, quae foeminas *duobus annis* citius consequi oportuit, quam masculos. Inuita certe Minerua & natura. Ex uno hoc lutulento fonte non riuuli puriores.

PVBERTATIS ARGVMENTA *diuersa diuersorum.*

a) Cassianorum *ex ore pubis inspecta.*

§. 13. Requisiuerunt enim XII. tabularum interpretes: quo demum *aetatis* anno finienda *tutela*, & sibi relinquendus homullus? si quidem sapientiae sedes requirenda in genitalibus, uentre, utero, peniculo, femine. In *tres* partes iuere Romani iuris periti. Quorum sententias audiemus uerbis VLPIANI *tit. 11. §. 28. liberantur tutela* masculi *quidem* pubertate. PVBEREM *autem* CASSIANI *eum esse, dicunt, qui* HABITV *corporis* pubes *adparet, id est, qui generare potest.* Errat enim in hominibus diuersis generandi potentia per aetates diuersas. Quia temperamenta, quo *calida* magis sunt, eo concipiunt generantque *citius;* quo magis *frigida*, eo *serius.* PROCVLIANI autem *eum, qui quatuordecim annos impleuit.*

Quo

Quo tempore euenit pubertas plerumque. Igitur ex illis, quae plurimum fiunt, merito conficiuntur iuris axiomata & leges. *Verum* PRISCVS *eum puberem esse, in quem utrumque concurrit. Habitus corporis & numerus annorum.* Licet enim hirquitalliuerit puer ante aetatis annum XIV. non tamen ante eidem indulgendae nuptiae. Quoniam sera connubia, robur corporis firmant; destruunt festinata. Contra, licet nubilis XIV. annorum aetas adsit: naturae tamen; si illa tardior, in cogendo & emittendo spermate, ideo non debet fieri uis per leges intempestiuas. In *triplici* hoc opinionum diuortio quaenam sanior, aequior, melior? frequentior olim in Latio?

b) PROCVLIANORVM *ex annis solis* XIV.

c) PRISCIANORVM *ex utroque demum.*

§. 14. Dicam, quod ego sentio, cum castra haec relinquant alii. Vltimam ego praetulerim primis eaque etiam praelata olim. Nam *primae* pudor; *alteri* natura obstrepit: *tertia* omni puncto ac numeris absoluta. Nam coniunxit utramque. In XII. aut XIV. aetatis annis pubertas credita aut praesumta eo usque, quo usque alter litem non mouit naturae. Negando, foemellam *uiri potentem;* masculumque pubuisse. *Naturam* deesse: licet *leges* adsint. Tum igitur, spatio seculi totius forte semel, instituenda erat indagatio aut aestimanda pubertas ex ore, mamillis, uentre, lanugine, spermate, habitu. Rerum omnium ignari sunt, qui Iustiniano in ultimo hoc themate intendere uolunt litem. Lucem rei dabit exemplum. Est pater, qui filium impuberem, moribus Romanis, comitem adsidentem habet in balneo, XIV. annos natum, sed inuestem caluumque in ore pubis. Post anno XV. aut XVI. uidet, pubescere eum, fieri lanuginosum, hirquitallire, cetera. Exinde pater intelligit, pudorem porro non ferre filii consortium balnearium. Inde, cum ob numeros annorum XIV. tum ob emissam pubem; filium declarat *adolescen-*

Ex bis REGNAVIT *uere sententia* PROCVLEIANA *aut* PRISCI *magis.*

lescentem ac puberem; exuit eum praetexta induitque toga uirili. Atque haec fuerat doctrina PRISCI iureconsulti: quam Romani non poterant non adprobare usu ac more.

Inde ERRAVIT *pubertas apud Romanos inter* XIV. *&* XVIII. *annos. Ideoque tempus* PRAETEXTAE *&* TOGAE *uirilis non poterat non esse diuersum. Causa haec latuit omnes* 1) Pagum 2) Norisium.

§. 15. Est enim hoc illud, in quo haerere solent *critici* omnes. Quos omni dubitatione liberabo. Requirunt litigantque inuicem: quo aetatis anno pueri Romani posuerint *praetextam* induerintque *togam uirilem?* Alii factum hoc esse putant anno XIV. alii XV. alii XVI. nonnulli XVII. aut etiam XVIII. ineunte. Quas sententias diuersas etiam auctores diuersi tuentur idque per exempla & rationes. Vtpote BAYFIVS *de re uest. c. 10.* CRINITVS *de honest. discipl. III. 7.* SIGONIVS *de iudic. III. 18.* DODWELLVS *in praelect. Camden. V.* aliique fere innumeri. Videt quidem agnoscitque; uariauisse tempora & pueros, nunc citius iterumque serius posuisse praetextam *Francisc.* PAGI *in crit. Baronii ad an. 175. §. 4.* sed causam ignorat. *Henr.* NORISIVS *in cenotaph. Pis. diss. II. c. 4.* licet ipse XV. annum exactum tueatur, plenior & curatior aliis; tamen ultimo dolet miraturque Romanorum opiniones diuersas in re, tantopere uulgari. Vnde *Samuel* PITISCVS *in u. toga uirilis*, stat quidem, licet errore manifesto, pro XVIII. anno incepto; sed tamen succinit illi uersu:

Elige cui dicas, tu mihi sola places.

Ratio genuina explicatur.

Egone uero his omnibus sapientior aut oculatior, qui omnem hic tollere queat difficultatem, soluere nodum & extricare? Tentabo. Veritas utut difficilis inuentu; cognitu est facilis. Mysterium rei pandam; quod est hoc. Romani, antequam hoc lege definiuisset aliter *Iustinianus pr. Inst. quib. modis tutela finitur*, in pubertate aestimanda, sequuti sunt doctrinam PRISCI. Ipse hoc dicit his uerbis: *pubertatem ueteres quidem* (non opus est, ut reponatur *quidam*) *non solum ex annis* (scilicet opus

quidem

quidem fuerat his XIV. aut XII. numeris; sed hi non fuerant satis, nisi & accesserit legibus natura:) *sed etiam ex habitu corporis aestimare uolebant.* Vides nunc, quam, in re clarissima, coeci fuerint uiri doctissimi. Fuerat enim hoc Romae institutum; ut ante nemo haberetur pubes, poneretque praetextam, nisi annus natus esset XIV. licet forte citius, X. aut XI. annis, quae naturae portenta, adpareret lanugo in ore pubis. Talem enim homunculum in *toga uirili* comparere τῷ πρέπῳ aduersum habuit Latium. Inde praetextam nemo, nisi forte principum filii, ob spem imperii, anteuerterunt. Et tamen non annis solum opus fuerat ad pubertatis ingressum; sed etiam sanguine & semine uterino ac uirili. Hoc cum saepe adpareret tardius aut, si adparuisset, a parentibus aut tutoribus parum attenderetur: ideo tempus ponendae praetextae dilatum multoties. Nunc ad XV. nunc ad XVI. aut XVII. imo XVIII. usque aetatis annum. Vt adeo in toga uirili sumenda, ponendaque praetexta, non possent non *uariare* in annnis exempla, rationes, iura. Id quod docere debueram uiros doctissimos.

Errauit m. tempus finiendae tutelae *inter* XIV. & XVIII. *annos.*

§. 16. Num uero ideo etiam ita *mobile* & incertum fuerat tempus finiendae tutelae ante Iustinianum? Ita omnino puto fidenterque hoc adfirmo idque auctoritate Iustiniani ipsius. Qui diffidia CASSII, PROCVLI & PRISCI non in titulo de *nuptiis* recitat; sed in *pr. Instit. quib. mod. fin. tut.* Ast urges, nullum eius rei in legibus uestigium. Do hoc. Nam expunxit merito eius generis loca omnia Tribonianus, aduersa iurisprudentiae *Iustinianeae*, stabili hoc passu. Non igitur ante Iustinianum tutelae semper finitae in pueris XIV. annorum. Si enim tum pubem non, neque lanuginem habuit: tutelae finis prolatus in aliquot annos, eo scilicet usque, quo illa adparerent. Fateor, esse haec iuris paradoxa omnino. Inaudita & ignorata interpretibus iuris, etiam humanissimis.

Ante IVSTINIANVM XIV. *anni non finierunt tutelam.*

§. 17. Igitur illud quoque uerum eſt; Romanos ante Iuſtinianum *pueros* XIV. annorum non liberauiſſe *tutela:* ſed eo reliquiſſe ſub eadem, usque uel oſtentaret ſe *pubes;* uel, hac adparente, ille tutorem recuſaret. Porro uel ipſe tutor e re eſſe crederet ſua aut pupilli, ponere praetextam & indui eum tunica & toga uirili. Atque ideo factum eſſe multoties iudicio PRISCI, ut continuaretur tutela ad plenam pubertatem usque, id eſt, XVIII. annos aetatis inchoatos quidem, non impletos. Atque hoc idem fuerat illud, quod lege quondam ſtatuerat Seruius Tullius. Quod cum ſaepius eueniſſet, exemplorum multitudo fefellit doctiſſimos uiros, ut crederent, *uirilem togam,* id eſt, tempus, *finiendae tutelae,* demum ueniſſe ſub exitum XVII. & ingreſſum XVIII. annorum.

Ante Iuſtinianum pubertatis INITIVM INCERTVM & *uagum. Inde lumen* *) l. 21. D. quando dies leg.

§. 18. Ex hac doctrina legibus lumen accedit, nulli intellectis adhuc. Principio in *l. ſi dies 21. D. quando dies legati cedit,* Paulus IC. formulam legati: *cum pubes erit,* habet pro *conditione incerta. Inſtar aliarum, cum magiſtratum inierit; cum nupſerit in familiam.* Qui autem hoc potuit ita definire Paulus; ſi pubertas ultimo puncto infixa XIV. annorum. Certe quod ſtabile & perpetuum: illud referri nequit in claſſes incertorum. Verum ſalua res eſt. Nam eo reſpexit Paulus; quod ex ſententia communi *pubes* non fieret, ob numeros aetatis annorum XIV. niſi hoc tempore etiam adparuiſſet *pubes* in uentre ac peniculo. Conſtaretque ultimum ex corporis habitu. Ita enim demum incertiſſimum tempus pubertatis, errantis inter XIV. atque XVIII. annorum ſpatia. Sed urges Paulum cum Paulo. Quoniam is *lib. III. ſentent. tit. 4.* ita definiat rem: *teſtamentum facere poſſunt maſculi poſt completum XIV. foeminae poſt XII. annum.* Vnde facile conſtet conditionem, *ſi pubes factus,* non eſſe incertam, cum omnium ſit certiſſima. Repono.

Paulus

Paulus uel respexit ad puerum cum pilis & lanugine; non ad inuestem. Cui satis non erat XIV. annorum curriculus. Vel hic ore locutus est Proculeiano: in superiori autem lege calamum acuit coticula Cassiana. Vtrumque ita planum & sincerum. Succedat huic *lex uideamus 4. D. de in litem iurando.* In hac enim VLPIANVS loquitur: *in tutelari causa iurare non potest pupillus, si* IMPVBES *est.* Inde paradoxon; dari, ex dogmate Vlpiani, *pupillos puberes.* Quis stomachus hanc formulam concoquet? Noli eam nauseare. Nam Vlpiani aeuo, quod supra ostendi, non satis fuerat ad finiendam tutelam habitus corporis, nisi ad lanuginem accessisset tempus ac aetas XIV. annorum. Igitur omnino tum *pupilli* inuenti *puberes,* in *naturali* scilicet significatu; non in ciuili. Accedit, quod saepe *tutela* ultra XIV. annos tum producta ad annum usque XVII. si mallet *pupillus* a tutoris iudicio pendere, quam suomet, ultra tempus definitum alias. Si horreret, inspici. Nam ante tutelam finitam *inspectos* esse pueros omnes, stultum est, credere. Certe post XVIII. annos inspectus est nemo atque ideo eousque continuata tutela. Doctissimus PINELLVS *lib. II. interpretat. iur. c. 4. §. 18.* hoc lumine indiget; licet praeferre uideatur facem. Neque alio fine PAPINIANVS in *l. 101. pater D. de condit. & demonstr.* patri indulsit formulam in fideicommissis: *Si tutelam in annum XVIII. gesseris* filii mei. Quoniam saepe euenerat, ut *tutela* continuaretur eousque. Quam tamen ultra continuare, fuerat nefas. Quod *regia iura* uellent, ut postea puer euaderet *adolescens* positaque praetexta indueret togam uirilem.

b) *l. 4. D. de in lit. iur.*

c) *l. 101. D. de condit. & dem.*

§. 19. Etiam illud est falsissimum, quod comminiscitur *Sam.* PETITVS *lib. II. obseruat. c. 6. institutum Iustiniani esse, quo plenae pubertatis terminum XVIII. annorum definiuerit.* Nam hoc uerum non esse, docere eum poterat, discipulus Vlpiani, *Herennius* MODESTINVS in *l. adrogatio 40. §. 1. D. de adoptionib.* Vbi plane rem definit: *cum*

IVSTINIANVS *non primus definiit* XVIII. *annis* PVBERTATEM PLENAM. *Error S.* Petiti.

cum quis adoptat uel arrogat, maior debet esse filio adoptiuo. Et utique PLENAE PVBERTATIS, *id est,* DECEM & OCTO *annis eum praecedere debet.* Sed tamen ipse VLPIANVS in *l. 14. Mela D. de alim.* ait: *sed tamen ita pubertatem* GENERALITER *non definitam.* Quae uerba iterum non adsequuntur interpretes. Nostro lumine sensus clare patet. Variauit Latium in pubertatis finibus inter XIV. & XVIII. aetatis annos. Ob hominum nunc cito, nunc tarde pubescentium naturam diuersam. Adeoque *generaliter pubertatis terminus*, stato tempore, non poterat definiri. Verum tamen nemo XVIII. annum transiliit in uestis. Vnde fuerat hoc tempus pubertati satis semper, neque uentris *inspectione* porro tum opus, uel alio *genitalium* specimine. Atque haec pristina *regii iuris pubertas* fuerat XVII. annorum cursu, a Seruio Tullio, quod principio dictum, definita. Hoc tantummodo debet attendi: egressum anni XVII. aetatis, ingressum esse anni XVIII. ut adeo utrique numero significatus unus idemque. Cetera omnia nunc plana & extra aleam & dubitationem sunt idque nostris curis.

Hinc etiam SPADONVM *pubertas* XVIII. *annorum.*

§. 20. Firmat nostram coniecturam alio argumento PAVLVS *lib. III. tit. 4.* ubi dicit: SPADONES *eo tempore testamentum facere possunt, quo pubescunt plerique, id est, decimo octauo anno.* Cum enim in *spadonibus* frustra expectaretur protuberans semen; neque, ut PRISCVS & CASSIANI iusserant, illud posset prouocari aut diuinari specimine ullo: necessarium fuerat, cum in finienda tutela, tum in ceteris puberum iuribus, in memoriam reducere Seruii Tullii legem, qua, anno XVIII. ineunte, quilibet adpellatus est *adolescens*, sui iuris, suaeque tutelae. Ex quo autem *Iustinianus*, neglecta pube, fines tutelae statuit in XIV. annis: ex eo quaestio domitiana stultaque fuerat, num iisdem numeris uti debeant in dimittendo tutore; condendo testamento; ceterisque etiam spadones? Hinc iterum corrigendi errores, eximendi scopuli & scrupuli

ſcrupuli uiris doctiſſimis. Errat enim *Samuel* PETITVS *obſeruat. lib. II. cap. 6. qui ſuſpicatur ſententiam hanc non Pauli eſſe, ſed addita uerba ab aliquo, Iuſtino iuniori interprete.* Quoniam Iuſtinianus *plenae* pubertatis fuerit demum auctor. Cum tamen hic terminus definitus ſit *iure Latii regio*, uetuſtiori XII. tabulis. *Iacob.* GOTHOFREDVS ad l. 17. *Eunomiani ſpadones C. Theod. de haeret. p. 135.* tuetur Paulum; ſed Petiti dubio non reſpondet. Neque is, quod SCHVLTINGIVS in *not. ad Pauli lib. 3. tit. 4. §. 2. n. 5.* ei exprobrat, adeo ignarus eſt, ut crederet, excerpta Pauli iuniora eſſe aetate Iuſtiniani. Sed uero quid de *l. 5. eunuchi C. qui teſt. facere poſſint* dicendum: ubi Conſtantius, diu ante Iuſtinianum, rem ita definit: *Eunuchis liceat facere teſtamentum, componere poſtremas, exemplo omnium, uoluntates.* Scio CVIACIVM ad *Pauli lib. III. tit. 4. §. 2. n. 2.* EXEMPLO OMNIVM, referre eo, quaſi Conſtantius uoluerit, ut etiam XIV. annos natis ſpadonibus eſſet teſtamenti factio. Verum cum illud ſit certiſſimum, ante Iuſtinianum opus fuiſſe uel emerſione *pubis* uel annis XVIII. ſoli enim *Proculiani* acquiſiuere ſola XIV. annorum aetate, quod nos docuit ſupra cum Vlpianus; tum Iuſtinianus: ideo uerba, *exemplo omnium*, non debent trahi temere ad limites aetatis. Potius illa ad indulgentiam ſpectat, eunuchis factam, quibus teſtamenta nunc negata ſunt iterumque indulta. Quod ipſe CVIACIVS docet *lib. XVII. obſeru. c. 24.* Et ſane ad legem corrigendam maiori opus eſt luculentia; quam deprehenditur in his uerbis ambiguis. Praeſertim cum eunuchis de parte tantum bonorum licuerit teſtari: quam his potuit explere Conſtantius. Vt opus non ſit, euertere ſigillatim ea, quae ſcimus fide Pauli.

PETITVS confutatus. defenſus. Explicatio l. 5. C. qui teſtam. aduerſus Cuiacium.

§. 21. His moribus incertae pubertatis & finium incertorum tutelae atque praetextae uixerunt Romani: usque dum Iuſtiniani, imperatoris & philoſophi Graeci, lege

PVBERTAS IVSTINIANI in XIV. annis noua & helleniſtica.

lege factum: ut omnia illa darentur XIV. annos natis. Clarus & planus est legislator in *pr. Instit. quib. mod. tutela finit.* *Pupilli pupillaeque, cum puberes esse coeperint, a tutela liberantur.* Errore pudendo, illato reipublicae per XII. tabulas. *Pubertatem autem ueteres,* (solis Proculeianis exceptis, reliqui omnes) *quidem non solum ex annis* (quatuordecim annorum;) *sed etiam ex habitu corporis in masculis aestimari uolebant* (ne pubes praecox ante XIV. annos, in finienda tutela ceterisque attenderetur). *Nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans* (ut mutati iuris causam habere uideretur, licet inanem) *bene putauit* (imo satis peruerse, ne quidem in finienda tutela expectando pubem ac pilos, quod uoluerant ueteres): *quod in foeminis, etiam antiquis; impudicum est uisum* (quod inspicienda ante tempus nupturiret) *id est, inspectionem habitudinis corporis* (in ore pubis); *hoc etiam in masculis extendere. Et ideo nostra sancta constitutione* (l. ult. C. h. t.) *promulgata, pubertatem in masculis post XIV. annum completum* (uti dogmata Graecorum fuerant, ob numeros septennarii duplicis aut hebdomadum annalium duarum) *illico initium accipere, disposuimus. Antiquitatis, normam in foeminis bene positam* (imo pessime, quia agitur hic de sapientia mulieris, non de sanguine uterino) *in suo ordine relinquentes* (qui excusari poterat apud Romanos, si non in causis pubertati accersoriis aliis, certe in tutela finienda, cum muliebris tutela fuerit perpetua, licet temporaria esset pupillaris). *Vt post XII. annos completos uiripotentes* (num tamen ideo prudentiores uiro, ad condendum testamentum, cetera) *esse credantur.* Idem antea ab eodem iam cautum statutumque uerbis pene iisdem *l. ult. C. quando tut. l. curat. esse des. indagatione corporis inhonesta cessante.* Ita Iustinianus. Repetunt idem BASILICA *lib. XXXVIII. tit. 19.* etiam in maribus pubertas

Improbat pubertatem ex pube cognitam indeque dictam.

Vis naturae facta ac ciuitati in XIV. annis.

tas definita annis ſolis; *μηκέδι ζητοῦντον ἡμῶν τὸ σχῆμα τοῦ σώματος, διὰ τὸ ἀπρεπές.*

Pubertati IVSTINIANEAE ADVERSA RATIO *ac* VSVS *mille annorum Latii.*

§. 22. Mira ex hac lege in Latio rerum iuriumque confuſio ac perturbatio. Nam XIV. aetatis anno ſtatuto, ad finiendam tutelam, ſiue *pubeſceret* puer ſiue perſiſteret *inueſtis:* cauſae porro nullae eſſe poterant, ad continuandum ad *plenam* usque XVIII. annorum *pubertatem.* Ipſo iure tutoris munus expirauerat anno XIV. neque poterat illud uel *pupilli* in gratiam continuari. Nulli inde *pupilli puberes* id eſt, maiores natu XIV., annorum aetate. *Praetextae* poſitae & indutae *togae uirilis* tempora non uaria errantiaque, ut olim, inter XIV. & XVIII aetatis annos: ſed ſtabilia adfixaque XIV. annorum numeris. Nulla exinde uentris uteri, aut peniculi indoles ualuit requiſiuitque inſpectionem ac indagationem: ſed *qualitatem* uicit *quantitas* annorum *quatuordecim.* Prudens habitus & prouidus rerum, qui in *numero* fuerat: licet animo ac moribus deſiperet & inſaniret. Graecula & inepta iurisprudentia, quae animum Iuſtiniani occupauit infecitque ſub imperii fere ingreſſum, ut ex eius allegata *conſtitutione* adparet, ante edita, quam de nouo iure condendo conſilia iniret.

In IVSTINIANVM *criminatio impudens.*

§. 23. Hoc cum ita ſit, mirum eſt, reperiri auctores, qui Iuſtiniano dubium mouent: *an huius inſaniae ipſe poſſit debeatque haberi auctor actorque?* Perhibent enim, Iuſtinianum, hominem Graecum uerbo deceptum eſſe *habitus,* quaſi ille in ore pubis requirendus, nudato corpore: cum tamen Romani *habitum* cognoſcere ſoleant ex vultu, facie, membrisque corporis aliis. Adeo Iuſtinianum cum umbris & laruis pugnare & fingere laeſi olim pudoris offucias. Deinde auctores eſſe cum *Graecos,* tum *Romanos,* qui multis ſeculis ante Iuſtinianum definiuerint pubertatem numero XIV. annorum. Quales ſint TERTVLLIANVS; MACROBIVS aliique, a nobis

iam

iam nominati superius. Ita RAEVARDVS *uar. IV. 10.* cuius opinioni, licet praeposterae, succinunt recentiores alii, GIPHANIVS; BACHOVIVS, plures. Verum non difficile est, ad scribendum Iustiniano apologiam & confutandum ea, quae solent oggerere. Nam I) principio dicunt *pubertatem* ex corporis habitu *externo* aestimatam: necquicquam ex pudendis corporis nudi. Sed falsum hoc esse, docere eos potest QVINTILIANVS *in declamat.* 279. pluribus testatissima. Problema ibi occurrit: *utrum maritus sit impubes?* Quaeso! unde cognoscenda *pubertas?* Num ex circulo annorum XIV. an uero ex facie ac uultu? Audi responsum iureconsulti: *Non satis est, maritum osculo* (seu oris officio) *putari.* NVDARI *filium atque in conspectu iudicum constitui*, decet. Nisi hoc factum, si res ambigua sit; *tanquam pro impubere dicendum.* Et qui omissa *inspectio* in foeminis solis? nisi talis fuisset, unde laesus pudor? II) *Corporum inspectio turpis.* Quis dixerit hoc iureconsultus aut medicus? Si hoc fiat, necessitate componendarum litium, non temere aut per libidinem. Si fiat clam in tribunali idque officium peragant uiri graues & rerum periti. Et qui fit, quod Raeuardi satellites non eadem audacia eradicent expungantque *l. 1. D. de uentre inspiciendo* atque sententiam PAVLI *lib. II. tit. 24. §. 8. ubi uenter inspiciendus per V. obstetrices medicas,* quod addit *Anianus.* Si uero legum sanctitas muliebrem uerecundiam non uiolauit, *inspectione uentris* & pudendorum, iniuncta *probatae artis & integrae fidei obstetricibus:* quis hanc ita laesam fuisse in puerulo, dixerit somnians? Sacros canones conuellet, quisquis laedi ita pudorem perhibet *c. 3. X. de desp.* IMPVB. Et licet non, instar Germanorum, nudi incederent Romani: uestes tamen eorundem non totum corpus inuoluerunt, qui mores hodie. Sed membra pleraque tecta parum. Nudum caput; pectus; brachia; genua; femur; pedes, alia. Imo non ueste constrictum corpus; sed conditum tegmine. Vt pubes facilius

a) *quod pubertas aestimata ex* HABITV *corporis, non ex ore* PVBIS.

b) *quae* inspectio *laedat* uerecundiam.

possit

poſſet nudari. De quo rei ueſtiariae ſcriptores uidendi omnino. Plenius BYNKERSHOEKIVS *lib. III. 24.* quem ſupra audiuimus, procuratorem Caeſaris in hoc argumento. III) Fuiſſe tamen *pubertatis initium annos XII. in puellis & in maſculis annos XIV. ante Iuſtinianum.* Vt adeo, in una re fabuloſus, neque fidem in alia mereatur. Quaeſo! autem, ubi negauit hoc imperator? Ipſe nos docet, fuiſſe *Romae iureconſultos, qui pubertatem ex annorum numeris* ita aeſtimauerint pariter. PROCVLIANOS ſcilicet. Verum maior pars contra ſenſit uoluitque: *ut, ſi dubium eſſet,* non *anni* numerarentur; ſed *inſpiceretur corpus,* ea parte, qua pubes emergit idque cum CASSIANIS & adſeclis PRISCI, cohorte ita ſentientium duplici. Adeoque *litem* non excitauit Iuſtinianus; ſed compoſuit deciditque. Non dogma nouum effinxit; ſed antiquum ſua auctoritate roborauit, ne porro eſſet ambiguum. IV) Exprobrant Iuſtiniano *ſtuporem, ignorantiam, inertiam:* ut Tribonianus facile potuerit, eundem his offuciis circumuenire. Non eſt huius loci, *Iuſtiniani* ſiſtere ac deſcribere imaginem & mores. Suo tempore id faciam; contundam calumnias; uirtutes, fortitudinem, litteras, doctrinam, ſolertiam, prudentiam, rerum iuriumque uſum huius imperatoris oſtenſurus idque fide Latii & Graeciae hiſtoricorum, patrum eccleſiae, conciliorum, legum, tabularum, numorum ampliſſimo adparatu. Et quis crediderit, imperatorem adeo omnem pudorem exuiſſe; ut iura mentiretur, uſu cognita in ſuis tribunalibus? Quod ſi eueniſſet, certe facile fuiſſet Theophilo & Graeculis aliis, ad eum arguendum & confutandum. Leo in BASILICIS, *lib. 38. tit. 19.* non repetiiſſet idem, ſi inane commentum. Pueriles gerrae, quarum pudeat eum, qui expenderit incerta pubertatis tempora ante Iuſtinianum, a nobis plane pleneque deſcripta. V) Non defendendum Iuſtinianum: ſed tamen excuſandum eſſe ideo.

c) *Pubertas* XII. *aut* XIV. ANNIS *definita ante Iuſtinianum.*

d) *Fabulator rerum ſui aeui iners.*

e) PVBIS INSPECTIO *ad iura nuptiarum, non*

tutelae aliaque. ideo. Quoniam in *nuptiis minimum* corporis inspectio admissa in pubertate in dubium uocata: nec quicquam uero in finienda tutela; in libertate testandi; praestatione doli; in restitutione in integrum. Vbi stultissimum fuisset: tentare, ad haec problemata resoluenda, ora pubis. *Explicatio l. 4. C. qui test. fac. pos singularis admodum.* Praesertim cum DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS seculo III. in *l. 4. si frater C. qui testam. facere possint* confecerint iam litem: *annos XIV. natum testamentum recte fecisse, licet uigoris* (id est pubis) *nondum emersissent uestigia.* Vt adeo, extra nuptias, in decidendo, sibi hic nihil adrogare potuerit Iustinianus. Hoc temperamento inter nimium & parum utitur *Vlr.* HVBERVS *lib. III. obseru. cap. 14.* ut honor Iustiniano aeque, quam illis saluus, qui eum uolunt ideo impetere. Meo iudicio probatur haec doctrina necquicquam, cum saluum uelim doctissimum imperatorem ex omni parte. Nam ex illis, quae §. 18. superius scripsi, clarum est, post *nuptias,* in aliis etiam *puberum iuribus* opus fuisse pube ac pilis. Neque obest doctrinae huic lex *Diocletiani* & *Maximiani.* Nam decidunt casum: *adolescentis testatoris post XIV. aetatis annum antequam pubes emersisset & quidem ita demortui.* Est uero supra dictum, annorum XIV. aetatem credi puberem, eo quidem usque, dum id in dubium non uocetur. Qui igitur *inspici* ac in *pube tentari* debuerat uiuus, lite ipsi intentata ab heredibus ab intestato: illud in mortuo efficere, uerecundia prohibebat cadauerum non tractandorum. Imo si forte imperator alicui sine exemplo subuenit, ex caussa singulari: illud legis non habet ideo uigorem. Praesertim si aduersa opinio occupauit seculum. Mallem igitur parcere manibus ac legibus imperatoris, de iurisprudentia meritissimi, quam, post uulneratam caussam, quaerere uel admittere remedia.

Finis tutelae in FOEMINIS *anno XII. qui* §. 24. Sed quid nunc dicendum de *foemellis* earumque maturiori *pubertate* caussaque uelociori ad tutelam finiendam

endam XII. annos natis? Cessant hic *duplicis septennarii* *meretur*
aut *hebdomadum* duarum mysteria & reconditi sensus. *ueniam?*
Cessat Graecula in hoc pubertatis termino philosophia. Qui *festinatam* mulierum *pubertatem calori* tribuunt muliebris sanguinis cum Horo apud MACROBIVM *VII. saturnal. c.* 7. illos adiuuat auctoritas HIPPOCRATIS *lib. I. de morb. mul. sect.* 5. Sed tamen contra *frigidiores* habet foeminas *maribus* ARISTOTELES *lib. IV. de gener. c.* 6. Alii sunt, qui *foeminas* minus *perfectas* habent, quam *mares*, ideoque putant, illas his citius faciliusque a natura efformari. Alii iudicant: facilius esse *pati;* quam *agere; concipere*, quam *generare.* Excitant agitantque has lites HVBERVS *II. obseru.* 13. & *Paul.* ZACHIAS *in quaest. medicoleg. lib. I. tit.* 1. *qu.* 6. Nostra parum refert; praematuram habere foeminas *pubertatem* finireque ideo *tutelam pupillarem:* cum ex iurisprudentiae nostrae institutis pateat, agere ipsas sub *perpetua tutela muliebri* etiam deinceps, post *finitam pupillarem.* Scilicet postquam *XII. tabularum* scriptores semel istud portentum excluserunt, instar monstrosi partus, *finiendam esse tutelam, pubertatis* ergo: oportuit hoc esse causa plurium ineptiarum. Vt etiam ante liceret *testari* foeminis, quam maribus. Cum homo, suae tutelae datus, prohiberi non posset facultate, condendi *testamentum.* Vna igitur turpissima erratio mater plurium aliarum. Fuere quidem, forte etiam Graeculis causae: *citius nuptiarum iura indulgere foeminis, quam maribus.* Sed uirum pati, illud *uteri* opus; non *animi* aut integrae mentis. Neque ideo *prudens* puella, quia *uiri potens.* Adeo uero XII. aetatis anno credita est foemina connubio apta esse in Latio: ut nemo iureconsultorum, praeter hanc aetatem, desideraret corporis aut uteri *inspectionem;* in masculis necessariam tantum, si quid dubitaretur. Quid autem scholiastes VIRGILII

ad *lib. VII. Aeneid. u. 53.* commenti habet? Repeto uersum, exſcriptum tot aliis:

Iam matura uiro, iam plenis, nubilis annis.

SERVII interpretatio eſt haec: *non eſt iteratum: ſed ſecundum* IVS *dictum. In quo & ex* ANNORVM *ratione & ex* HABITV *corporis aetas comprobatur. Primum ergo ad habitum, ſecundum ad annos pertinet.* Plane uti ſenſit PRISCVS IC. apud *Vlpianum tit. XI.* §. 28. uti uidimus ſupra. Rectum eſt iudicium *Sam.* PETITI *lib. II. tit. 4. p. 156. praeter Romanorum inſtituta, haec ad foeminas refert Seruius.* Cognoſcendae enim pubertatis cauſa inſpectum *uterum*; in iure Romano neque uola neque ueſtigium ullum. Doctiſſimus GVELLIVS *ad VI. Aeneid. u. 53. Neſcio, an ad Romana hic iura reſpexerit Maro? cum marium quidem, antiquo iure Romanorum, non ita puellarum* NVDA CORPORA *explorarentur. Quod me mouet, ut credam Seruium potius ad* PLATONIS *lib. I. de LL. reſpexiſſe,* qui, in ambiguo nuptiarum tempore, *iuſſerit, ut iudex mares nudos; foemellas* γυμνὰς δὲ ὀμφαλῦ μέχρι θεωμένους τὰς θηλείας *ad umbilicum usque.* Certe SERVIVS tantopere ſibi placet in hoc commento; ut etiam *eclog. VIII. u. 39.* repetat illud.

Alter ab undecimo (*) *cum iam me ceperat annus,*
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos

Et bene cum ANNIS *iungit* HABITVM *corporis. Nam* IVRE *pubertas ex* VTROQVE *colligitur.* Vltimum hoc nihil habet dubitationis, nam de *mare* ſermo eſt. Sed aduerſio de puella fidem non meretur. Cum ſimus certiſſimi: *Romanos in foeminis,* ab eo tempore, quo lex connubialis finiuerat aetatem XII. annorum, porro nihil deſideraiuiſſe. Niſi quod parentum forſitan curae, ne ante nu-

(*) Num *alter* ab *undecimo*, annus ſit XII. an uero XIII. diſputant ualde inuicem interpretes. Pro numero ultimo ſtant SERVIVS; Ioſ. SCALIGER ad Manilium; ROBORELLVS alii: pro *primo* SIGONIVS; de la CERDA. Noſtra parum refert, quod ſermo de maſculo ſit, utrinque ita impubere.

beret

beret filia, quam natura posset uirum pati. Sed hoc non ad *iura* referri debet; uerum ad prouidentiam consiliaque parentum.

Quo tempore XII. ANNIS *finiri inceperit tutela* POEMINARVM *ante masculos?*

§. 26. Interim, ne aliquid, quod huc facit omittam: quo quaeso! casu consilioque factum, ut *leges foeminae pubertatem* XII. anno adsignarent, *biennio* ante masculos? Hoc enim factum esse, in legibus & scriptoribus est testatissimum. Quo tempore, quo casu hoc euenerit, illud constat neque dum. Dicam, quae coniectura mihi. Romani principio rerum connubia in foemellis celerarunt. Siue quod requirerent illas in aetatula mares sibique inde polli cerentur delicias, nescio quas. Siue quod ipsae puellae ob calorem climatis, citius iusto nupturirent. Siue quod exempla docerent, nihil obesse ualetudini puellarum, rumpere ante uirginitatem, quam illa maduisset aut spes adpareret, concipiendi. Siue quod metuerent Romani, ad libidinem & lasciuiam procliues, ne acciperent, nisi in hac aetatula, illibatam. Siue quod uxorum parua aut nulla potestas in re familiari. Vt e re esset, iugo huic adsuescere iuuenculam facilius. Siue, quod Romae non satis foeminarum esset, ut ideo etiam immaturae adpeterentur. Quicquid sit, crediderim, saepius foemellas Romae ante nupsisse, quam tempus uenisset pubertatis, XIV. annus. Imo dicit PLVTARCHVS, grauis scriptor, in contentione *Numae* & *Lycurgi p. 77.* quod LYCVRGI lege nupserint nonnisi *maturae* satis, quo conciperent recte, gererent in utero partum ederentque eum felicius. Quod unicum connubii finem crederet procreationem. Contra *Romae* fuisse instituta NVMAE. Secundum ea enim *puellas* nupsisse δωδεκαετεῖς καὶ νεωτέρας, DVODECENNES &, hac aetatula, MINORES. Indicata causa: ut nuberent integrae & illibatae, corpore ac mente, discerentque facilius marito obedire. Hunc locum admodum singularem, qui expende-

Causae nubilis aetatulae in Latio.

Etiam X. *aut* XI. *anni nubiles* Plutarcho, *tempore iam* Numae.

Licentia uxorum impuberum.

 pende-

penderit, illi erit facile ad credendum, in *foeminis nupturientibus* neque annis neque signis opus fuisse *pubertatis*. Verum ex quo *puberibus* multa iura indulta finitaque tutela per XII. TABVLARVM leges: ex eo opus fuerat certo annorum numero. Putauerim igitur, licet nubere ante licuerit foemellae: ante tamen *iura pubertatis* ei negata, quam essent XIV. annos natae. Qui terminus *duplicis hebdomadis* annatae & *septenarii* sanctus fuerat *sexui utrique*, ex Pythagorae, Solonis, Stoicorum philosophia. Quae inde a NVMAE aeuo & magis per XII. TABVLAS occupauerat rempublicam Romanam teste Plutarcho. Hinc etiam intelligitur illud, quare, in *foemellarum pubertate*, nulla *inspectione corporis* & *pudendorum* opus fuerit. Nam qui opus fuisset? si puellae licuit pubertatem nuptiis praeuenire. Haud igitur dubie *pubes* fuerat XIV. annos *nata:* cui integrum fuerat nihilominus, *biennio* aut *triennio* ante, doctore PLVTARCHO, nubere (*). Nunc audi, qua demum causa contracta *puerarum* pubertas & *biennio* ante finita XII. aetatis anno.

IDEM TEMPVS *pubertatis* masculae & foemineae *cum* Romae, *tum in* Graecia XIV. *annorum*.

§. 27. Nisi prorsus fallor, euenit hoc demum in LEGE connubiali IVLIA, PAPIA, POPPAEA aut non multum ante. Fuerat forte occasio haec. Postquam OCTAVIVS AVGVSTVS & ipse IVLIVS dictus, in ciuium Romanorum paucitate, solicitus esset de adaugendis eorum numeris, LEGES condidit CONNVBIALES. Quae ab illo IVLIÆ, a consulibus *Papia* & *Poppaeo* etiam PAPIAE POPPAEAE solent audire. In illis poenas statuit coelibatui & sero connubio praemiaque nuptiis maturis. Vt igitur, primis euitatis, consequerentur ultima ciues, sibi desponsauerant fere *infantes* & nupserant *puellae impuberes*. Quod

Aetas XII. *annorum* NVBILIS, L. IVLIA, PAPIA, POPPEA *A. V. C.* 737. *stabilis* demum.

(*) Et quae naturae portenta offendimus apud PETRONIVM *in Satyrico p.* 68. 69 *Pannychen puellam uix infantia maiorem cum Gitone puero nuptias fecisse. Lasciuum Quartillae iudicium: posse tantum tollere, quae uitulam sustulerit.* Cum his sordibus certauerat Latium & Roma in paganismo.

facere

facere omnino licuerat, ob licentiam priſtinam nubendi impuberum. Sed ne porro eluderetur cum lex, tum natura; conſtitutum: NE ANTE NVPTIAS CONTRAHERET FOEMELLA, QVAM NATA ESSET ANNOS XII. NEVE SPONSA ESSET NISI DECENNIS, VT BIENNIO POST QVEAT ESSE VXOR. Ideoque haec aetas inde contulit *pubertatem;* licet ſerior eſſet natura in *ore pubis.* Loquatur, ſed uerbis Latinis, DIO *lib. LIV. ad an. V. C. 737.* AVGVSTVS *grauiorem* MVLTAM *impoſuit* INNVPTIS *utriusque ſexus. Contra* NVPTIIS MATVRIS & *liberorum numeris ſtatuit* PRAEMIA. *Igitur quidam de infantibus pactiones nuptiales faciebant. Id, ut corrigeret, edixit:* NE QVA PACTIO NVPTIALIS RATA ESSET, VBI VLTRA BIENNIVM NVPTIAE ESSENT DIFFERENDAE. VT X. ANNOS NATA ESSET SPONSA. PVELLIS XII. ANNVS PERFECTVS AD NVPTIAS MATVRVS TERMINVS EST. Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραισ ἐστὴν τῦ γάμυ ὥραν ἔτη ΠΛΗΡΗ. Et SVETONIVS *lib. II. c. 34.* ſigillatim quidem dicit, ante hanc legem *ſponſalia* ſaepe contracta fuiſſe, *aetatula ſponſae, nondum matura.* Nihil hic de *ſponſo:* quoniam huius, ad ducendum, *pubertas* lege aut more Graeco XIV. annis fuerat definita. Verum foemellas ſolas hunc limitem praeueniſſe, ut XII. anno atque antea nuberent; illud nos docuere ſcriptores, unus grauis ac caſtus, Plutarchus; alter ad omnem libidinem proiectus, ſpurcus ac lutulentus Petronius. Ante nos magnus CVIACIVS hanc coniecturam habuit in notulis ad *Inſt. quib. mod. tut. fin. n. 3.* ubi definitam pubertatem fuiſſe credit *L.* PAPIA POPPAEA. Sed in *lib XVI. obſeruat. c. 35.* nihil habet, quod hic poſſit prodeſſe. Licet thema hoc tractet ibidem. Vnde neſcio quo iure ſcribat *Ian. Vinc.* GRAVINA *in libro de LL. cap. 42. p. 569. Ex hoc LL.* (de Iulia, Papia, Poppaea ei ſermo) *capite, Cuiacio repugnante* (imo adiuuante coniecturam) *aliqui ortam putant praefinitionem aetatis maturae nuptiis. In foeminis* XII. *annorum; in maſcu-*

masculis XIV. *Sane uetustiorem legem non habemus, ad quam haec definitio recte reuocetur.* Sunt in his sententiis plura desideranda. *Primum* falsum est, Cuiacium nostrae coniecturae repugnare. *Deinde* cum, in masculorum *pubertate* definienda, philosophia regnauerit Graecorum in Latio & mysteria duplicis hebdomadis magnae, non est, quod aliam originem hic fingat requiratque. *Praeterea* XII. annis minores puellas nupsisse, auctor furat PLVTARCHVS idque obtinuisse ex instituto NVMAE. Igitur Octauius in *L. Iulia Papia Poppaea* foemineam *pubertatem* non *iuniorem* fecit, sed magis *adultam*: ne scilicet *puellae* porro liceret uxori esse, nisi XII. *annos* natae, cum antea citius quandoque nuberent & deuirginarentur.

PVBERTAS XII. *annorum qui non finiuerit tutelam?*

§. 28. Sit, placuisse hoc Romanis, ut *nubilem pubertatem* in foeminis iuniorem uellent; quare idem tempus praematurum indulsere *tutelari*. Vt foemina, quia *conciperet* citius; quam masculus *generaret*, licet etiam hic dubitent medici (*); eadem etiam citius crederetur *sapere*. Scio *Solonis* & *Stoicorum* placita, qui a iuribus & flore corporis aestimauerint quoque animum ac mentem. Sed illis praematura pubertas muliebris ignara. Idem utrique sexui terminus XIV. (†). Verum

(*) Est sane doctrina haec ipsius ARISTOTELIS *lib. VII. hist. anim. c. I. quod pari tempore, id est, bis septimo anno, protuberet semen cum foeminae, tum masculo. Foecundum tamen & maturum semen annos requirere ter septem.* Quae philosophia est numerorum. Interim etiam medici edicunt: uno eodemque tempore semen in maribus, quam menstruum sanguinem in foemellis comparere. Licet in utroque tempus differat pro climatis, caloris & temperamenti diuersitate. Vbi plenius ZACHIAS *in medico legal. lib. I. tit. I. qu. 6. p.* 20. Quod si uerum est: nulla Romanis causae ad discrimina pubertatis diuersae in diuerso sexu.

(†) Nam etiam *foeminae pubertas* est XIV. annis definita Graecis; non XII. ut errauit Latium. Planus est HESIODI *in ergis* uersus 696. Η δὲ γυνὴ τέτορ᾽ ἡβώη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο. Est enim sub *quarto* anno *decimus* intelligendus simul. Vti POLLVX exponit. *Decimo sed foemina quarto anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.* Imo etiam in foeminae nuptiis commendarunt plenam pubertatem Graeci, auctoribus PLATONE & ARISTOTELE. Tantum abest, eosdem uel in pubertate sexus diuersi aetates diuersas & *duodecennem* in puellis adprobauisse.

tanta

tanta haud dubie religio aut superstitio Romanis; ut crederent *pueritiae* & *tutelae* tempora regenda esse limitibus iisdem. Idque ex XII. tabularum autoritate.

MVLIERES *sub* TVTELA PERPETVA *aeternaque.*

§. 29. Et sane minora tum damna ex hoc neglectu. Nam egerat olim FOEMINA sub PERPETVA TVTELA. Vt persona tutoris mutaretur, post pubertatem, permaneret uero muneris auctoritas. Ille enim *tutor* non *pupillaris:* sed *muliebris* dictus. De qua *muliebri perpetua tutela* loca testimoniaque Vlpiani (*) aliorumque dedimus alibi. Imo perhibet RAEVARDVS II. *uar. 10.* adeo certum esse, nesciuisse *foeminas curatores*, antequam illis hos quoque dederit Iustinianus: ut in omnibus legibus pandectarum, ubi *foeminae curator* offendatur, reponi debeat *tutor*. Quod *Triboniani* manus uerba commutauerit, *muliebris curatelae* primus auctor actorque. Contradicunt autem illi interpretes alii, inprimis doctissimus SCHVLTINGIVS(**). Mihi impingere uidentur utrique inter nimium & parum. Nam omnibus *foeminis* sui *tutores*, a quorum auctoritate pependerunt in iure personarum. Sed tamen potuit euenire; ut, tutore absente aut impedito, aut deficiente, ob priuilegium mulieris, foemina in iure *rerum* uersaretur, ubi satis fuerat, adhibere illam curatorem in hac uel illa causa singulari. Quare uero ad tutoris auctoritatem adstrictae fuerint (†*) tam diu foeminae Romanae; illud facile ad intelligendum est ei, qui legerit, quae nos de *uerecundiae sepimento*, quo illae circumdatae fuere, scripsimus ad *Sct. Velleianum dissert. I. different. 1.2.3.4.5.* Vbi quoque

Non sub curatela *usque ad* Iustinianum.

Causae tutelae muliebris *singulares*

(*) In *fragm. tit. XI. §. 1. tutores constituuntur tam masculis, quam foemellis.* His quidem tam *impuberibus, quam puberibus. Et propter sexus infirmitatem & propter forensium rerum ignorantiam.* Quae scilicet non fuerant in maritorum uel parentum, CICERO addit *pro Muren. c. 12.* Plura diximus *tom. I. misc. opusc. de mutuo p. 1133.* & alibi ad *Sct. Velleianum diff. 5. n. 46.* Legendus quoque CVIACIVS *lib. 22. obs. c. 20.*

(**) *In not. ad Paul. lib. II. tit. 19. n. 3*

(†*) Prae aliis hoc thema plene planeque instruxit *Ant.* CONTIVS *lib. II. lect. sub secin. c. 12.* quod est de *muliebri tutela.* Addendus est locus PAPIANI *Responsor ti* 35.

illud inuenies: *quare*, *nonnisi tutore auctore*, potuerint testari; quam *curta* illis *supellex*; nec ulla *hereditas* ex lege VOCONIA; quam difficilis aut nulla in *testimoniis* fides; quam auctoritas aut potestas nulla in *liberos* suos. Adeo, ut agerent uere *aniles pupillas* mererenturque dicier *matronae* & *uetulae pupillares*. Frustra doctissimus SCHVLTINGIVS *ad Vlp. tit. XI. §. 25. not. 75.* perhibet, Catonem de mulieribus, quod *ne priuatam rem ullam agere potuerint, sine auctore,* scripsisse oratorie, re uera peccauisse in nimio. Nam non CATO solus hoc dicit: sed incredibilia magis PLVTARCHVS aliique. Imo omnis Romanae reipublicae ratio, indoles, formula, iura exemplaque produnt idem. Quae nos ideo conduximus maiori studio: quo magis haec ueritas latet etiam uiros doctissimos. Hoc cum ita sit, damni nihil est illatum reipublicae cum XII. annorum pubertate muliebri; persistente deinceps in perpetua tutela.

In* VENIA AETATIS XVIII. *annorum quae nugae?

§. 20. Quae autem uertigo egerit legislatorem CONSTANTINVM A. ut ideo foeminis biennio ante, quam masculis, *ueniam aetatis* indulserit: quidem ipse prodit, sed ratione ualde insipida & furibunda. In codice *Theodosiano lib. II. tit. 17.* causa dicitur esse haec: *quod non sera*, (id est plena; sed minus plena aut simplici XII. annorum) *pubertate biennio masculos praecedant.* Quas gerras merito expunxit Tribonianus in *l. 2. omnes adolescentes §. 1. C. de his, qui ueniam aetatis impetrauerunt.* Cum facile intelligeret, ineptum esse: *foeminis iugum perpetuae & necessariae tutelae imposuisse*, idque ob animi muliebris imbecillitatem & tamen habere foeminas ipsis masculis prudentiores biennio ante. Igitur mauult acquiescere in sola uoluntate legislatoris: qui ueniam aetatis *foeminis* pollicetur XVIII. contra *maribus* XX. aetatis anno. Est haec non uera iurisprudentia; sed simulata & inuoluta puerilibus offuciis. Quas nauseat omnino homo sanus

ſanus & ſincerus. Imo hodieque nugatorio hoc iure uiuere nos ac uti: illud quidem uix eſt tolerabile in republica ingeniorum.

§. 31. Sapientior ueteribus IVSTINIANVS. Ille enim quod *foeminas primus* feciſſet *maiores*, cum ante eum manerent pupillae ad tumbam usque: non tamen ideo, ex cauſa eadem, *biennio* ante *maſculos*, illas dixit tales. Sed unum eundemque maiori aetati ſtatuit reliquitque terminum XXV. annorum *pr. Inſt. de curation. maſculi puberes & FEMINAE uiri potentes usque ad XXV. annum completum curatores accipiunt.* Gerrae ſunt interpretum, etiam doctiſſimorum HOTOMANNI, ALTESERRAE aliorumque ad h. l. *ita foeminas biennio diutius agere ſub curatela, quam maſculos.* Quoniam ultimi ab anno XIV. primae inde a XII. iamnunc accipiant curatorem, *pr. Inſt. quib. modis tutela finit. Pupilli pupillaeue, cum puberes eſſe coeperint, tutela liberantur.* Factum enim fuerat hoc in foeminis tantum in tutela pupillari; *non perpetua, muliebri, ceſſitia, Praetoria.* Tutor enim *puberi* etiam *mulieri* obtruſus datusque, Sine uoluntate & optione eius; num & quem uellet tutorem porro habere. Igitur caute Iuſtinianus de *maſculis adoleſcentibus* ſolis dicit, quod *inuitis non dentur curatores.* Non idem de foeminis, quoniam illas inuitas admittere oportet, ſibi datos, ab agnatis aut praetore.

FOEMINARVM CVRATORES *inauditi ante Iuſtinianum.*

Non uoluntarii: *ſed* neceſſarii:

Loco perpetuae *tutelae.*

§. 32. Licet autem ueriſſimum ſit, ita ſe rem habere in *neceſſariis curatelis foeminarum:* de maſculis tamen clare ac definite Iuſtinianus: *inuiti adoleſcentes curatores non accipiunt. Praeterquam in litem §. 2. Inſt. de curat.* Quod repetit non ſolum THEOPHILVS *lib. I. tit. 23. §. 2.* Ονέος ἄκων οὐ λαμβάνει κουράτωρα: ſed etiam ſtatim poſt axioma iuris edicit hoc: ἄκων οὐδεὶς κουρατωρεύεται; ἐπιτροπεύεται δέ τις καὶ μὴ βουλόμενος. *inuitus nemo curatorem accipit; tutorem uero etiam nolens.* Doctiſſimis uiris haec ſententia

MASCVLORVM CVRATORES *aliis populis inauditi* uoluntarii *tamen.*

tia fixit crucem. Et sane cum, ratione parum consulta, Romani adolescentes suae tutelae relinquerent XIV. annos natos; cum Graecorum & gentium altarum omnium instituta uellent, ut in tutela & ipsi adolescentes & puberes agerent ad annum usque XVIII. aetatis: opus omnino fuit, consulere alio modo lubricae adolescentiae.

Causae 1) beneficium restitutionis.

Hinc *primo* illos ad *negotia* quidem gerenda admisere: uerum, si qua parte *laesi* essent, illis subuenere remedio salutari, *in integrum restitutionis*, idque ex prouidentia praetoris. Cuius EDICTVM recitat VLPIANVS in *l. 1. hoc edictum §. 1. praetor edicit D. de minorib. XXV. annis.* Deinde effinxere nouum genus hominum, nulli iterum po-

2) L. LAETORIA in prodigis tantum.

pulo auditum, scilicet CVRATORES, qui illis solum dati ac indulti, qui moribus erant dissoluti & prodigi aut causas idoneas alias allegare possent, quare negotiis rebusque suis non possent ipsi interesse. Tum enim *desiderantibus* datur *curator*, quod PAPINIANVS habet in *l. 13. si impuberi §. 2. D. de tutor. & curat. datis* (*). Atque haec est LEX LAETORIA, illa cuius mentio auctoribus uetustis-

3) maior aetas XXV. admodum sera.

simis, licet aetas latoris ignoretur. Nam absurdum fuerat, XX. annorum adolescenti obtrudere rerum suarum administratorem obtorto collo, aliisque gentibus iure inaudito, quod ipsi Graeci XX. aetatis anno hominem liberant a cura aliena suaeque tutelae permittunt.

Necessaria tamen L. LAETORIA 1) ob mores malos. 2) si litigandum in iudicio.

Imo indicium malae causae fuerat hoc quasique bonis ille interdictus esset: *curatorem habere ad latus*, id est, rectorem & paedagogum. Illo tamen casu etiam lege fuerat adolescenti necessarius curator, si *agendum* aut *respondendum* in foro. Tum enim cogi poterat adolescens, ad curatorem, illo actu, uel eligendum uel agnoscen-

(*) Quae uerba *de puellis* aut *foeminis* non possunt intelligi. Cum quod illae etiam *puberes* habeant *tutores*; tum quod habeant ex *lege*, non *uoluntate*; imo *tutores* habeant nesciantque, ordinario iure, *curatores*. Ergo uerba accipi debent uel in causa extra ordinem uel restringi ad solos mares.

dum,

dum, si datus fuerit a praetore *l. 3. qui habet §. 2. idem Cassius D. de tutelis.* Cum intersit alterius partis *ne sententia, in minorem lata absque curatore, sit inita ac nulla ipso iure l. penult. C. si adu. rem iudic.* atque alibi. Aut si forte alias causas haberet adolescens, iudicio praetoris probatas. His moribus usi Romani usque ad tempora *M.* ANTONINI, *philosophi.* Is enim cum deprehenderet licentiosae adolescentiae corruptelas ac damna: uoluit iussitque, ut cuique adolescenti curator daretur, si quidem requireret eum, sine causae, ut factum olim, uel inquisitione uel indagatione. Ita enim forte intelligendus *Iulius* CAPITOLINVS *in uita Antonini c. 10.* cuius uerba sunt haec: *de curatoribus uero, quum ante nonnisi ex* LEGE LAETORIA (lectoriae uox emendanda iuris legitimo sensu) *uel propter lasciuiam uel propter dementiam darentur* (causas alias praeterit historicus, quas uix omisisset iureconsultus): *ita statuit; ut omnes adulti curatores* ACCIPERENT, *non redditis causis. Accipere* curatores, illud est uolentis; nolenti uero curatores *dantur.* Est igitur interpretatio haec interpretum humanissimorum: quod *Antoninus imperator* non obtruserit curatores minoribus coactis; sed uoluerit, ut hoc in eorundem esset arbitratu, *accipere* uel *eligere* sibi curatorem, siue boni siue mali essent; siue sufficerent rebus suis siue minus; siue ex causis requirerent siue ex consilii rationibus; sine nota alicuius porro dedecoris, suspicionis, maculae (*). HOTOMANNVS ad *§. 3. Inst. de curat.* Antoninum ita intelligendum esse dicit pariterque ita eius sententiam exponunt BALDVINVS; ALTESERRA; GIPHANIVS; BROEVS; OISELIVS *ad Caium,* interpretes cultissimi (**). Quid uero reponendum ad uerba VLPIANI,

3) ex confis aliis idoneis.

4) L. ANTONINA, *si uellet adolescens An. 170.*

CAPITOLINVS *expositus.*

(*) Laudatur hic *Georg. Cunr.* CRVSIVS, ICt. Lugd. in opusculo singulari: *ad constitutionem D. Marci* ad LEGEM LAETORIAM.

(**) Quorum nomina addi debent *Christ.* WILDVOGELIO in *commentatione* academica *Triboniani circa LL. Laetoriam non errantis.*

 admo-

Oppositio l. D. de minor. admodum significantia in *l. 1. hoc edict. §. 3. D. de minorib.* & *ideo* HODIE (inde a temporibus Marci Antonini) *in hanc usque aetatem* (Seueri Alexandri) *adolescentes curatoris auxilio reguntur. Nec ante rei suae administratio eis committi debebit; quamuis bene rem suam gerentibus.* Non mihi satisfaciunt effugia, forte inania. Quasi Vlpianus, sub uerbo *administrationis*, intellexerit sigillatim *alienationem.* Vbi curatore opus omnino. Vel quasi posuerit casum, si ita exigeret rerum pupilli *multitudo;* si urgerent illud *amici,* consanguinei, ubi non opus fuerit probatione alicuius dementiae, adolescenti obiectae, ut olim. Vel denique si *curatio* illi placuisset semel, electo curatore, cui deinde neque nuntius mitti potuerit, cetera. Quibus oberrant uiri eruditi; in iisque etiam HVBERVS *lib. III. obseru. c. 16. 17.* Hos confutat SCHVLTINGIVS ad *Caium lib. I. tit. 8. n. 7.* Neque clara uerba decent tales offuciae.

Curatela non erat nolentis. §. 33. Verum enim uero quicquid eius rei sit; illud satis est: ipsius Vlpiani aeuo leges latas, unde constat: adolescentes, nisi ex causa singulari, non cogi iure ad accipiendos curatores. *An. Chr. 215.* Ita ANTONINVS CARACALLA in *l. 1. ad mone C. qui pet. tut.* scribit: adolescentem tantummodo obstringendum curatore, iuris forma tum, si *consistere* in iudicio debeat. Imo ipse VLPIANVS, qui tum uixit *in fragm. tit. XII. §. 2.* dicit: *praetorem ei puberi tantummodo curatorem dare, qui negotia sua idonee tueri nequeat.* Aliter, quam in *l. 1. §. 3. D. de minorib.* idem, sed ante, scripserat: *quamuis rem suam bene gerentibus.* *An. Chr. 225.* Et ALEXANDER SEVERVS in *l. 6. martis C. eod.* arbitratui adolescentis hoc relinquit; *si res eius hoc exigant.* *An. Chr. 293.* Imo DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in *l. 3. si curatorem habens D. de in integr. rest.* adolescentem; qui *curatorem* acceperit; conferunt cum eo, cui bonis sit interdictum. Quod repetitur in *Basilicis lib. X. tit. 4.* Igitur fieri potuit; sublatam iterum fuisse legem *Antoninam de necessitate adolescentis, habendi tutorem,*

rem, si quidem aliqua fuit, quae coniectura doctissimi COSTAE. Forte quoniam id exegit CARACALLA a pueritiam egressis; quod de ipso narrauit SPARTIANVS *in uita illius c. 2. egressus pueritiam restrictior, grauior, ultu truculentior factus. Prorsus, ut eum, quem puerum scirent, multi esse non crederent.* Vt curatore illi non opus esse uideatur. Quo exemplo suo forte etiam aestimauit alios.

§. 34. Quid uero iuris in Graecia post Iustinianum de *necessario curatore cuiuis adolescenti? Sane* BASILICA *lib. X. tit. 4.* admodum inculcant legem Vlpiani primam *D. de minorib.* Verba eorundem sunt haec: *minores ad annum XXV. sub curatoribus degunt*, *μὴ ἐπιτρεπόμενοι τὴν τῶν ἰδίων διοίκησιν, εἰ καὶ καλῶς διοικῶσιν. Neque rerum suarum administratio eis committitur, quamuis bene res suas gerant.* Et statim in lege sequenti: *licet etiam liberos habeant.* Quia priuilegia liberorum pertineant ad honores, ut singuli liberi singulos annos ualeant, non etiam ad rerum administrationem. Certe uerbo διοικεῖν τὰ ἴδια ea uis fieri nequit, ut accipiatur pro alienatione. Vt *l. 1. §. 3. de minorib.* nihil possit adfingi. Idem fere repetit contrahitque ATTALIATA *in synopsi tit. 5. quod minores ad annum usque XXV. sint sub curatoribus.* Et tamen restitutioni locum nihilominus. Indefinite non minus loquitur *Constantinus* HARMENOPVLVS *lib. I. promptuarii tit. 12.* Singulare autem est illud, quod LEO & CONSTANTINVS AA. in delectu *LL. tit. 19. n. 1.* habent. Scilicet minores sub curatela esse debere uenerabilis domus, coenobii, ecclesiae ad annum usque XX. Quo res omnes ipsis minoribus debeant reddi. EVSTATHIVS antecessor *de tempore legali numero* XXV. dicit: quod minor *οὐ δύναται κυρίως διοικεῖν τὰ ἴδια, nequeat proprie res suas administrare.* Oporteat igitur exinde aliquem arguere: quod omnis adolescens teneatur requirere curatorem. Sed tamen eadem BASILICA *lib. X. tit. 4. num. 53.* casus referunt respondentque. Vnum quidem;

Post Iustinianum CVRATORES *num* NECESSARII? *Basilica.*

Attaliata.

Harmenopulus.

An. 838. *Leo & Const.*

Eustathius

quidem; si adolescens *curatorem habeat* sitque ideo instar illius, cui bonis interdictum. Deinde alterum, si *curatore destituatur.* Adeoque adolescenti licuit, curatorem non accipere. Si primum; omnes actus, sine curatore factos, ipso iure nullos esse: si alterum, subsistere eos, ita tamen, ut, si *laesio* probata, locus sit in integrum restitutioni. Igitur, curatorum necessitate introducta legibus, primum exemplum fuerat expungendum neque recitandum ac repetendum ex iuris antiqui reliquiis.

Quare SERA *nimis* ADOLESCENTIA *apud Romanos; iunior omni populo & aeuo?*

§. 35. Sed quaeso! cur Romani *adolescentiam* ac curatelam finiuerunt demum XXV. annorum spatio? licet aliis populis suffecerit annus XVIII. aut XX. illud quidem meretur expendi & indagari. Institutum hoc antiquissimum esse, doceri solet ex loco PLAVTI ipsius *in Pseudolo;* ubi querelam mouet adolescens, quod in credendis numis inuenturus sit neminem, quia minor sit XXV. annorum, cui credi non soleat; ob beneficium restitutionis in integrum. Verba sunt: *Perii. Annon tum* LEX *me perdit* QVINAVICENNARIA? *Metuunt ideo omnes credere,* id est, mutuo dare minori. Atque hoc est, quod in iure expeditum: cum XXV. aetatis anno cessare aetatem *minorem;* iuuenes tum dici *maiores;* finiri *restitutiones in integrum;* porro non esse *curatores.* Vti ergo Latio *pubertas* uelox; sic *iuuentus* admodum sera. Erratio insignis inter nimium & parum. Olim forte, more Graecorum, adolescentes Romani sui iuris plene facti anno aetatis XX. sed tamen per V. annos post in integrum *restitutioni locus.* Haec tempora in *curatelis* forte deinceps coniunxerunt ac confuderunt. Vel, quod uerius, ueteres Romani egressu XVII. aetatis anni adolescentes habuere pro *maioribus:* sed, ob *septennarii* numeri superstitionem, *septem* annos addidere, quo spatio restitutioni locus in integrum & ideo iuri, eligendi *curatorem.* Vel, quod ipse MOSES, Num. VIII. 24. definiuerit *XXV.* aetatis annum. *Leuitis*

Quinauicennaria LEX.

ad

bella domini gerenda usque ad annum aetatis L. Vt etiam lex haec poſitiua peregrinae reipublicae. Annus XXX. habetur *Num. IV. 3.* Sed ita forte euenit. Mallem ego hic diſcere; quam docere. In SALMASII *climacterismis* annorum & aetatũ luſus uarii atque apud uarios populos & ipſi diuerſi. Sed qui XXV. anno reſponderet, aliqua ueri ſpecie, non reperi. Neque puto temere caſuque factum: quod illis ita *placuerit.* Latii enim inſtituta quaeque comitem habent rationem & *cauſam*, ſi non ueram, fictam certe & fucatam. Neutrum hic adſequor etiamnunc coniecturis. Illud ſcimus, ob *ſeram* nimis hanc *adoleſcentiam*, liberauiſſe imperatores, ex ſingulari indulgentia, plures utriusque ſexus adoleſcentes curatore & metu in integrum reſtitutionis. Vt *foeminas* XVIII. *maſculos* XX. aetatis anno *maiorum* claſſi adſcriberent priuilegio. *Aetatis* hac *uenia* aliis populis ac temporibus ideo inaudita prorſus. Solis Romanis placuit, illa priuilegio accenſere; quae alibi ueniunt ex iuris ordine. Id eſt, in *foeminis aetas* numerata *Seruii* Tullii: in maſculis *Graecorum* tempus, maturum iuribus ciuitatis in *lexiarchico.* Quod thema tractabimus in ſegmento, quod ſuccedit.

CAP. II.

Hiſtoria IVRIS GRAECORVM IN TVTELA FINITA, non cum *ephebis* ſeu *pubertate* annorum XII. aut XIV; ſed cum *adoleſcentia*, XX. aetatis anno.

QVam peruerſa fuerint Latii inſtituta, finientia *tutelas* cum *pubertatis* ingreſſu, id eſt, cum pilis & lanugine aetatis parum maturae, anno XII. aut XIV. illud quidem eſt, quod ſuperiori ſegmento plene planeque oſtenſum. Huius autem amentiae & ueſaniae nulla uenia ideo, quaſi eam ex Graecia in

A. LATII *amentia alieni* GRAECI.

Latium Romani attulissent. Cum in Graecia ita turpiter iudicio lapsi sint nullo unquam tempore.

Penes quos PVBERTAS *causa* nuptiarum, *non a. finiendae* TVTELAE.

§. 2. Nam distinxere semper aetatem *nubilem* ab ea, quae porro subesset alterius *tutelae*, curate prudenterque. *Nubilis* aetas fuit, qua homines lege admissi ad ineunda matrimonia nuptiasque faciendas. Atque fieri hoc poterat eo tempore, quo se exeruit *semen* siue *uterinum* siue *uirile*. In *utroque sexu* annus XIV. creditus est connubio maturus. Medicorum hoc fuerat, indagare; si forte, quod tamen contigerat raro aut nunquam, dubitatum, utrum puer aut puella connubia adpeteret citius iusto, id est alio fine, quam ad generandum aut concipiendum. · Cum interesse uideretur reipublicae, ne personae immaturae ita illuderent connubiis periculaque incurrerent uirium & ualetudinis.

Pubertatis INDAGATIO. 1) *ex habitu* 2) *flore.* 3) *uentris inspectione.*

§. 3. Neque tamen existimandum est, fuisse hanc indagationem pudori siue muliebri siue puerili aduersam. Nam & oris & mammillarum indicia erant & prodromi pubertatis. Quod si neque ita fides facta: pleniori filo docuerat pubertatem *menstruum* & *lanugo* aut protuberans *semen*. Sed uentrem inspici, praesertim in puella, illud quidem prohibuit pudor? Reponit, honestissimus senator, *Cornelius van* BYNKERSKOEK *lib. III. obseruat. c. 24. quid in eo est inuerecundi, si mulierculae inspiciant & tractent uirgines? Neque enim necesse erat, uiris hanc prouinciam demandare.*

Eius uenia

Imo quis dicam, uerecundiae causa, scripsit uerbis *l. 1. temporibus, pr. D. de inspiciendo uentre*, quae sunt haec: *commodissimum, eligi honestissimae foeminae domum, in quam ueniat Domitia. Et ibi tres obstetrices, probatae aetatis & fidei eam inspiciant,* imo *uentrem tangant & tractent.* Et *Gallia* in quos demum mores prolapsa est? Vbi *obstetricis* munia demandari solent *uiris* rerum peritis, chirurgis: quos, nouo, in hunc finem nomine facto, adpellant *accoucheurs*, quasi in uernacula

Gallorum accoucheurs.

nacula pro *wehmutter* diceres *ein wehuater*. Addita cauſa: quod cum *foeminae* obſtetrices in partu difficili adiuuare neſciant parturientes, imo multoties obſint magis, quam proſint; conſultum magis ſit, uiros adhibere, anatomiae gnaros & manus, in tractando partu ac uentre, ſolertiores. Verum hanc inſolentiam concoquat Gallorum ſtomachus, qui, quod lubet, licere putant. Nauſeabunt certe alii hanc Cynicam philoſophiam. Quod ſi tamen adſint pericula uitae aut ualetudinis: tum rumpit neceſſitas uerecundiae leges. Eſtque iudici hodieque integrum: hanc ſpartam demandare rerum peritis, ad cognoſcendam & tentandam pubertatem.

§. 4. Interim, licet erret pubertas, pro diuerſitate *climatum* regionis & *temperamentorum*, per gradus aetatis diuerſos: eſt tamen in iure poſitiuo illud conſultum; praeſcribere & definire, ex eo, quod plerumque fit, *certum pubertati tempus* ac annum. Itaque placuit Graecis tam in foemellis, quam in pueris annus XIV. Nam licet *Romani*, ex lege Numae, auctores eſſent, ut celebrarent nuptias *puellae*, anno XI. ac XII. contra tamen ſenſit *Lycurgus*, *Graecus*, qui ſeras etiam nuptias *puellis* commendauit, ne ante nuberent, quam XIV. aetatis annum eſſent egreſſae. Vti PLVTARCHVS nos docet in collatione *Numae* & *Lycurgi p.* 77. Vnde cauſa: quare idem tempus connubiale in Graecia ſtatutum tam foeminis, quam maribus. Prodit hoc idem HIPPOCRATES *lib. XXXVIII. in coacae praenot. n.* 397. *p.* 574. Oſtendit ibi, qui morbi poſt *ephebos* metuendi, id eſt, *puberibus*. Explicat igitur initium pubertatis ἀπὸ δυοκαίδεκα ἐτέων. Quorum exempla alia XII. alia iterum XIV. habent aetatis annum. Hebdomodas duas, id eſt, bis ſeptem annos ad pubertatem Heraclitum & Stoicos requiſiuiſſe, auctor eſt PLVTARCHVS de *de placit. Phil. lib. V. c.* 24. addita ratione: τέλειος ὢν τότε ἄνθρωπος. Περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα

4) aet[...] XIV. a[...] rum e[...] *puellis.*

 ἔννοια

ἔννοια γίνεται καλῦ τε καὶ κακῦ καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν. Quia perfectus tum homo. Quippe, altera hebdomade hac, boni & mali cogitatio & disciplinae eorundem. Eiusdem numeri teſtis eſt CENSORINVS *de die natali cap. 14.* tribuitque is cauſam eius Soloni. Atqui huius leges ſunt, quae XII. tabulas Rom. replent, ut eſt teſtatiſſimum, MEVRSIVS *in Solone c. 23.* Verba eius ſunt: *ait Solon in elegia ſeptimum quemque annum pati* metamorphoſin. In *prima* periodo homini cadere *dentes:* in *altera pubem* apparere; in *tertia barbam;* in *quarta uires;* in *ſeptima prudentiam;* in *octaua* eadem *manere;* in *nona languorem* ſentiri; in *decima mortem.* Pergit idem: *Graecos παῖδα uocare annorum XIV; μελλήφηβον* XV; *deinde* XVI. *ἔφηβον; tum* XVII. *ἐξέφηβον,* reliqua. Eadem *ſeptennarii* numeri ſimplicis & dupli myſteria nobis aperiunt CLEMENS *Stromatum VI.* PHILO *κοσμοπ.* Praecipue ARTEMIDORVS *lib. II. in oneirocritica cap. 7. Humana aetas annos* ſeptem *habet. Vnde medici dicunt, nemini* duarum *aetatum uenam eſſe ſecandam τὸν τέσσαρεσ καίδεκα ετῆ λέγοντες,* QVATVORDECIM *annos natum ſignificantes.* Taceo luſus *numerorum* in aetate alios, quibus indulſit nimium Graecorum philoſophia. Quos ad rationes reuocauit SALMASIVS *de annis climactericis* idque ſigillatim atque ex inſtituto. In *ephebis* autem nuptias recte contrahi, notat EVRIPIDES *in Helena* uerſu 12. *ἐπεὶ δ᾽ εἰς ἥβην ἦλθεν, ὡραίων γάμων; cum ad pubertatem uenit, tempeſtiuis nuptiis.* Et definite magis HESIODVS *in ergis u. 696.* de quo *c. 1. §. 28. p. 32.* ſuperius. Fuit igitur *ἥβη* ſeu pubes *nuptiarum* tempus, non finium tutelae.

Auctores eius, philoſophi numerorum, ſeptennarii maxime.

Perſtitere PVBERES ſub tutela, quam finierunt

§. 5. Nam licet *ephebi* (*) eſſent annorum XIV. tam pueri, quam puerae, ut contrahere poſſent nuptias & colere matrimonium: non tamen ideo Graeci

(*) Ἥβη non procul diſtat a Latina *pube;* proxime etiam a Germanico *pube*, puer. Βῦ *α* & Βυάγορ Laconice dictos *pueros*, aut gregem *puerorum*, auctor eſt HESYCHIVS h. u. Vulgus certe in Sueuia hodieque: *βῦ, bu,* pro *bub;* imo *βῦα, bua, buger,* cetera.

ephebos

ephebos siue *puberes* de auctoritate *tutorum* dimisere. Vt potius illud constet; *tutelas* omnes ad XX. aetatis annum apud Graecos perdurauisse. Tutore enim liberatus fuerat nonnisi μειράκιον XX. annorum adolescens, quam aetatem ita definit POLLVX h. u. Et GALENVS μειρακίῳ aetatem post *ephebos* ponit. Optimus quoque interpres TVLLIVS, ἐκ μειρακίου reddit ab *adolescentia*. Nam Graecis impuberes pueri; puberes ephebi; adolescentes, μείρακες audiebant. Ideoque XX. anno dicuntur δοκιμασθέντες παῖδες & δοκιμάζεσθαι, suaeque tutelae permitti; μηκέτι ἐπιτροπευόμενοι; sed ἀνδροῦσθαι. Quod tum demum adolescentes *spectati; sui iuris*, sine magistro; *uirorum* nomine & consortio digni. Fuit igitur *Graecorum* ideo *politicum* quoddam *axioma* siue edictum: pueros ad XXI. aetatis annum *discere* debere reipublicae; inde autem *prodesse* eidem, ciues initiari & inscribi LEXIARCHICO aut LEVCOMATI. Eo certe digitum intendere uidetur ARISTOTELES *lib. VII. de republ. c. 17.* sub finem: δύο δέ εἰσιν ἡλικίαι, πρὸς ἃς ἀναγκαῖον διῃρῆσθαι τὴν παιδείαν· Μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ, μέχρι ἥβης· Καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἀφ᾽ ἥβης, μέχρι τῶν ἑνὸς καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. Οἱ γὰρ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, λέγουσιν οὐ καλῶς. Δεῖ δὲ τῇ διαιρέσει τῆς φύσεως ἐπακολουθεῖν. Πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ παιδεία, τὸ προσλεῖπον βούλεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν (*). Quae sentêntia nobis hic prodest multifariam. *Principio* ostendit causam; quare Graeci per *septennarios* distinguunt aetates, quasi diuini aliquid *septem* numeris inesset. *Deinde* prodit ex eodem fonte, quod Graecis infantes ad VII. pueri ad XIV. indeque ephebi sint ad XXI. annos. Vnde esse incipiant uiri, pars non domus porro; sed reipublicae. Post *ridet* hoc

ADOLESCENTES XX. *annorum.*

Qui μείρακες.

Δοκιμαθέντες?

(*) Meretur etiam exscribi uersio Latina. Quae est haec: *Duae porro* AETATES, *ad quas necessario institutio diuidenda est. Altera ab anno* SEPTIMO *ad* PVBERTATEM; *altera rursus a pubertate usque ad XXI. annum. Nam qui aetates per* HEBDOMADES *partiuntur; magnam partem non recte dicunt. Sequenda uero naturae diuisio est. Vult enim omnis ars omnisque doctrina id, quod naturae deest, supplere.*

 ipsum,

ipſum, niſi reſpondeat natura. Hanc enim in *aetatibus* diſtinguendis attendendam, non *numeros otioſos. Demum* illam iuris etiam artem improbat, quae indoli uim afferat rei ipſius. Sequi artem naturam: non eidem obſtrepere & obuerſari. Non ſignificantius perſtringi potuiſſet, uerbis & ſenſibus, iurisprudentia Romana, delirii pleniſſima, in his finibus *tutelae* cum *pubertatis ingreſſu.* Contra *ſeptem* porro annos, in *adoleſcentibus*, continuarunt tutores *Graeci.* Vt iuuenes, ſuae tutelae relicti non eſſent, niſi XXI. annos nati. Eſt uero, ut ſaepe dictum, XX. anni exitus, XXI. ingreſſus: ut numerus uterque unam eandemque aetatem habere uideatur. Neque exempla deſunt, quae comprobant idem. Facit huc imprimis LYSIAE *oratio* ultima, quae eſt aduerſus *Diagitonem, tutorem* improbum. Nam *p. 536.* dimittit e tutela *adoleſcentem* & *uirum* μειράκιον καὶ ἄνδρα; non puerulum puberem. Ad *uigeſimum* hunc *annum.* digitum quoque intendit PLVTARCHVS *in Lycurgo p. 81.* Οὗτος οὖν ὁ εἰρὴν, εἴκοσιν ἔτη γεγονὼς, ἄρχει, *hic itaque* IREN, *cum uiginti annorum fuerit, imperat,* ſibi ſcilicet ſubiectis. Requirunt uiri docti, quid εἰρὴν; ἴρενες ſibi uelint? Nam lexicographi Graeci id tantum dicunt; quod haec nomina certae aetatis. Inde CRAGIVS *lib. I. de repub. Lac. cap. 5.* atque MEVRSIVS *in miſcell. Lacon. lib. II. c. 3.* dolent, deſiderari pleniorem ſignificatum. Si quid adſequi licet coniecturis, exiſtimauerim: uerba εἰρὴν & μειράκιον unius ſenſus atque ſignificare rei ſuae arbitrum ac dominum. In uernacula dicerem: *der ſein eigen* HERR *worden* tutore dimiſſo (*).

Ληξιαρχικὸν matricula adoleſcentum XX. annorum.

§. 6. Adoleſcentia finita ex ea XX. annorum aetate, poſt finitam tutelam, in album ciuium ſiue, quod in ſua lingua dixerant, ληξιαρχικὸν ſiue λεύκωμα, inſcripti ſunt iuuenes. Teſtis eſt HESYCHIVS: ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, εἰς ὃ ἐνεγρά-

(*) Vtrum εἰρὴν; *iren*; *herrn* nomina ſint etymi & elementi eiusdem, credat, qui uelit. Vulgares lexicographi εἰρὴν, reddunt *puer*; ſed rectius *adoleſcens.*

φοντο

Φοντο οἱ τελεσθέντες τῶν παίδων. Inde δοκιμασθεὶς ἀντὶ τοῦ εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς; id eſt, in *album uirorum* relatus. Errant igitur lexica paſſim, in iisque etiam ille *Henr. Stephani* theſaurus, quod *puberum* nomina relata eſſe putet in *lexiarchicum*, in quo, conſtat, nonniſi *uiros*; hoc eſt, *maiores* natu nomen locumque habuiſſe. Protulit hoc CRAGIVS *de republ. Laced. lib. I. c. 5.* ad *plenam* pubertatem. Sed haec diſtinctio Latina, in Graeciaque non meretur attendi. Vbi, cauſa finiendae tutelae unica & perpetua XX. annorum aetas. Quos circulos etiam turbat *Henr.* DODWELLVS *praelect. Cambd. V.* §. *11.* Cuius erratio duplex. Prima, quod exiſtimet, *ephebis* adſcriptos, eosdem fuiſſe, quam δοκιμασθέντες. Cum tamen ephebi iidem, quam *puberes*: ſed μεῖραξ & μειράκιον aut etiam δοκιμασθέντες iidem, quam *adoleſcentes* aut *uiri*: *Ephebi*, facti anno aetatis XIV. ſed *meiraces* XX. demum. Primi utebantur *praetexta*: ultimi *toga uirili*. Primi neque in *cenſum* neque *album* ciuitatis relati: cum ultimorum nomina ideo LEXIARCHICO aut LEVCOMATI inſcripti; quod ex *ephebis* exceſſiſſent ἐξέφηβοι. Licet nullus dubitauerim; ex indulgentia ſingulari ipſos Graecos quandoque hos annorum limites contraxiſſe. Quorſum exempla, ad quae prouocat DODWELLVS *praelect. Camd. V.* §. *11.* Sentiunt uero nobiſcum *Guil.* BVDAEVS *in Graecis* atque *Sam.* PETITVS *lib. VI. tit. 7. p. 493.* §. *6.* Quapropter mirum non eſt, apud Graecos ſolis *epitropis* ſiue tutoribus opus fuiſſe: *curatores* autem illos neſciuiſſe. Quoniam, ſerius finita tutela, poſt annum XX. *adoleſcens* ſui iuris factus; *ſuae tutelae* datus neque porro ei opus freno, capiſtro, rerum arbitro alieno & moderatore. Quae cauſa fuit, quare THEOPHILVS, interpres Latini iuris Graecus, nomen *curatoris* non potuerit Graece reddere. Inde *lib. I. tit. XXIII.* περὶ κουρατωρείων & ſequens: de *ſatisdatione* tutorum & *curatorum* περὶ τῆς ἐγγύης τῶν ἐπιτρόπων καὶ

Graeci muti in CVRATELIS, ἐπίτροπος, *non* κουράτωρ.

κουρα-

κουρατώρων idemque in aliis. Quae omnia Germanorum inſtitutis congruunt: apud quos ex iisdem quoque cauſis exulat cum nomen, tum munus curatoris. Quae uero ex eo tempore, ex quo *Graecia* iuribus ac legibus *Latii* ſubiecta, uerſa in alium ſtatum, illa repeti ac requiri omnino debent ex ſegmento priori.

CAP. III.

Hiſtoria iuris GERMANICI in PVBERTATE inchoanda finiendaque TVTELA: *von mannbar, männlich und mündig werden.*

A Romanis *&* Graecis *ad* Germanos.

DUplex iter confecimus, *Romanum* & *Graecum*: tertium ſuccedat, *patrium*, ſi non prioribus ſpatio longius, certe impeditum magis & tenebris atque offuciis alieni iuris occupatum. Vt ergo etiam inde emergamus & greſſu recto deueniamus ad lucem, portum, ueritatem; repeti debet res haec a prima origine.

Vbi pubertas *nonniſi ſera XX. annorum.*

§. 2. Principio illud eſt teſtatiſſimum: quod *ſera* magis *pubertas Germanis* fuerit, cum ad *nuptias*, tum ad finiendam *tutelam:* quam uel in *Graecorum bis ſeptem* myſticis numeris uel in libidine puellarum *Latii*, X. aut XII. annis inupturientium. Ita enim MELA *lib. III. c. 3.* deſcribit mores Germanorum: *maximo frigore nudi agunt, antequam* PVBERES *ſint &* LONGISSIMA *apud eos* PVERITIA *eſt.* Nam antequam pili emergerent, nudi egerant maſculi & foemellae, quod eousque neſcirent peccare libidine. Qua etiam cauſa huius aetatulae homullis licuerat intereſſe balneo cum parentibus, ſine opprobrio. Porro dicit Mela *pueritiam* non longam, ſed *longiſſimam.* Definitam forte non XVIII. plenae pubertatis anno: ſed XX. qui annus fuerat, in pubertate pleniſſimus. Neque

que dubitandum, idem tam de *masculis* intelligendum, quam de foemellis. Quoniam grauissimus interpres nobis TACITVS *de M. G. c. 20. sera* IVVENVM *uenus eoque inexhausta pubertas: nec* VIRGINES *festinantur.* Et sigillatim VARRO *de re rust. II. 1.* ob mores impudici Latii, demiratur: *uirginem adpellari Illyriis, foeminam XX. annos natam* (*). Conueniunt haec cum illis, quae legimus apud CAESAREM *lib. VI. comment. Gall. c. 21. Qui* DIVTISSIME IMPVBERES *permanserunt, inter suos maximam ferunt laudem. Hoc ali staturam; ali uires; neruosque confirmari putant. Intra* ANNVM *uero XX.* FOEMINAE *notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. Cuius rei nulla est occultatio. Quod & promiscue in fluminibus perluuntur & pellibus aut paruis renonum tegumentis utuntur. Magna corporis parte nuda.* Ridet HOTOMANNVS Caesaris formulam: *qui diutissime impuberes permanserint,* quasi *pubertatis* tempus a nostra *uoluntate* penderet, non uero ab indole *naturae.* Inde Graecus interpres explicat uerbis aliis: *καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν ὅτι πλεῖστον χρόνον* ΑΓΑΜΟΥΣ *διαμένοντας, μάλιστα ἐπαινοῦσι.* Vt *impubes* idem sit, quam *ἄγαμος.* Cum enim Romani festinarent nuptias ante pubertatem, quam saepe noluerant expectare; *impuberes* & *coelibes* habebantur pro synonymis. Est igitur illud certissimum: *nubilem in utroque sexu aetatem habitam fuisse XX. annorum apud Germanos, si non lege, tamen moribus & uirtute.*

etiam in foemellis.

§. 3. Quid uero nunc porro dicendum de *aetate Germanorum in finienda tutela?* Licet *pubertatis* alii limites, ad nubendum; alii *sapientiae,* ad finiendam tute-

Eadem aetate xx. annorum finita TVTELA.

(*) Pro quo XX. annorum numero frustra substituere uolunt interpretes XXX. Quasi foemina XX. annorum nihil miri aut noui sit. Verum loquitur Varro de moribus libidinosi Latii; ubi XX. annorum uirgo referri potuerat inter reipublicae portenta. Quod, PLVTARCHO *teste p. 77.* inde a Numae aeuo, uirtutis ac legis in Latio esset: puellam X, aut XII. iam anno *deuirginari.*

Quod in connubio non satis, generare & concipere.

lam: utriusque tamen apud Germanos idem fere concentus ac harmonia. Quod putarent, non satis esse, *coniugem* fieri ideo, quod *generare* & *concipere* posset; nisi *sciret* simul regere familiam, bona administrare & acquirere ea, quae ad cultum & uictum necessaria. Praesertim quod tam *uxor*, quam *maritus* nouus ad hanc spartam obeundam in Germania uocarentur. Ipsa non minus *uxor admonita, uenire se laborum periculorumque sociam*, auctore TACITO *d. M. G. cap. 18.* Contra hoc fuerat in Latio; ubi uxor uocata nonnisi ad otium & concipiendum & edendum partum: omnibus curis ad maritum solum deuolutis. Quod explicauimus ad *St. Velleianum diss. I. differ. 2. 3. 4.* reliquis.

Sed tamen XX. ANNVS 1) NVBILIS. 2) *causa finiendae potestatis* PATRIAE 3) TVTELARIS. *I. G. qui turpe* maritum *pendere a* tutore *uel* curatore?

§. 4. Quicquid sit: uti, historia teste, hoc scimus, quod ante XX. aetatis annum *pueri Germani* non in ciuium numero; sed eousque crediti pars domus *paternae* aut *tutelaris:* ita post aetatis annum XX. connubio maturi ex domo patris multoque magis tutoris sui exiuere suaeque tutelae sunt relicti. Vnde nobis est certissimum; *tria* haec terminum eundem habuisse: *emancipationem; nuptias; tutelam.* Si enim turpe fuerat, *maritum patris* porro subesse *potestati;* certe turpius, *maritum* pendere a *tutoris* (curatorem enim, ut omnes alii populi, ignorarunt) *auctoritate.* Ex aduerso res se habuit apud *Romanos,* quorum mariti uti in patria domo substitere: ita etiam dedecus nullum, *interdici maritum bonis* eumque curatori, in hac causa, subesse. Est igitur sententia mea haec: *finiuisse tutelam aut legem aut uirtutem apud Germanos. Legem* quidem si adolescens esset XX. annorum: *uirtutem*, si insigni aliquo *prudentiae* praematurae specimine *terminum* iuris positiui anteuerteret.

I. G. quare uiri ARMIS: *I. R.* TOGA *agnoscantur?*

TACITI narratio *de M. G. c. 13.* est quidem haec: *Arma sumere non ante cuiquam moris, quam ciuitas suffecturum probauerat. Tum in ipso consilio uel* PRINCIPVM *aliquis uel* PATER *uel*

PRO-

PROPINQVVS (tutor) *scuto frameaque iuuenem ornant. Haec apud illos* TOGA (posita scilicet praetexta puerili) *hic primus* IVVENTAE (non adolescentiae) *honos. Ante hoc* DOMVS PARS *uidentur; mox reipublicae.* Aut enim a minoribus AETAS *separat; aut* VIRTVS *agnoscit*, ut idem TACITVS *de M. G. c. 20.* est auctor. Vti ergo apud Romanos nemo suae tutelae relictus est ante terminum iuris positiui, annum XIV. plures uero, ex rationibus consultis, ultra hoc tempus sub *tutela* perseuerauerunt: ita apud Germanos, ob *seram* annorum XX. *pueritiam* plures fuerunt, qui hunc limitem anteuerterunt & anticiparunt *uirtute.* Si nempe puer uel adolescens rebus praeclare ac fortiter gestis inclaresceret. Vt, solito citius, mereretur numero adscribi hominum sui iuris. Vti hodieque fit inter *pueros, palatinos* nobiles (*denen pagen*); quorum alii citius, alii serius gladio solent accingi. Eo quidem fine, ut se ipsos deinde possint defendere ac tueri *suis armis* ac manibus neque opus porro eis esset tutela & manu *aliena.* Licet hodie, ex iuris Romani receptu, ideo ille non exeat *curatela.* Et sane, licet multoties contingat, ante annum XX. aetatis, *pueros* eiusmodi *palatinos gladii* & *belli priuati* iura consequi: serius tamen illo tempore iste ritus non solet differri. Nisi forte ipsius pueri intersit; diutius agere in principis cubiculo (*als cammer- oder leibpage*): quam locum illum relinquere.

I.G. TVTELA abrupta: *I. R.* prorogata?

I.G. pubes *m.* MILES, *wehrhafft: I. R. non idem.*

§. 6. Est igitur illud luculentum satis; quemadmodum *Romani*, post *pubertatem*, pueros induerunt TOGA *uirili*, atque retulere in *album* ciuium ac *censum* quod *cap. 1.* ostensum; *Graeci* autem, non *pubis*, sed *iudicii* ergo, adolescentes anno demum XX. inscripserunt LEXIARCHICO siue ciuium *matriculae* & LEVCOMATI, quod *cap. 2.* explicatum: ita Germani eodem anno XX. adolescentes *ense* & *framea* siue *hasta* donauerunt eoque sym-

SYMBOLA *pubertatis* a) *Graecis* lexiarchicum b) *Romanis* toga c) *Germanis* ferrum. d) uirtus.

bolo, qui antea *pars domus* siue *familiae* alterius *patris* sui aut *agnati* tutoris fuerunt, suo iuri tutelaeque suae reliquerunt. Idque ideo, quod Germani, litterarum ignari, *albo ciuium* destituerentur: contra quilibet subditus liber ac sui iuris *gladio accinctus* incederet, quasi iure quodam belli priuati ad ultionem iniuriarum instructus, cum apud Romanos, ensem gerere, nemini datum, nisi militi. Et, nisi fallor, hoc idem illud est, quod TACITVS *de M. G. c. 31.* commemorat de Cattis sigillatim: *ut primum adoleuerint* (positis pueritiae ac pupillaribus annis) *crinem barbamque submittere* (alere). *Nec, nisi hoste caeso, exuere uotiuum obligatumque uirtuti oris habitum* (siue barbam). Id est *aetas* XX. annorum reddit hominem Germanum suae tutelae: *uirtus agnoscit*, etiam sine aetatis definito termino. Si hunc *fortitudine* ante uertit.

Etiam XX. anni WGOTHIS *ad finiendam* tutelam. §. 7. His moribus usi sunt populi GERMANIAE etiam deinceps omni tempore ac loco; nisi in illis oris, ubi, instar ignis fatui, acti sunt, per Latii iura, in transuersum a uiaque trita & recta turpiter aberrarunt. Quod indicabimus infra ex instituto. Nam OCCIDENTALES GOTHOS pariter XX. aetatis anno adolescentes habuisse pro hominibus sui iuris; tutelae suae; non alienae domus, sed reipublicae parte: illud nos docent antiquissimae leges eorundem *lib. IV. tit. 3. §. 3.* *Si filius iam ad* PERFECTAM *aetatem, id est, usque ad XX. annorum perueniat aetatem; ipse iuniores fratres sub sua* TVITIONE *defendet.* Vnde satis elucet per *Gothica* instituta, XX. annos natum habitum pro MAIORI siue, ut nunc barbare dicimus, MAIORENNI. Idque *quinquennio* ante, quam factum fuerat per iura Latii. Sed, dicis, in iisdem *LL.*

Codex LL. WGOTHICARVM MSCTVS. WGOTH. *lib. IV. tit. 3. §. 1.* haberi sententiam contrariam & Romanno iuri concinnam omnino: *filios infra XXV. annos dicendos pupillos*, ubi forte pro *minori* accipi debeat

beat uox pupilli. Iterum detegam errorem idque fide CODICIS MEMBRANACEI, quem poſſident muſae meae de LL. WGOTHICIS MSCTVM. In illo certe pro numero XXV. habetur nomen, *litterarum* elementis exſcriptum, QVINDECIM. Vt adeo ſenſus ſit; XIV. annos natum *pupilli* uerbo adpellandum. Sed hoc nihil cum aetate MAIORIS habet commune (*).

Idem XX. annorun *limes* NOR- MANNIS.

§. 8. Concinunt in hoc VIGINTI annorum ſpatio, MAIORIBVS definito, etiam NORMANNI. Quorum LL. in MEMBRANACEO CODICE, muſula mea cuſtodit pariter. Vt loca dare & enarrare liceat ex *autographo*, non iuniori ſeculo XII. quod indicant ductus elementorum (†). Verba LL. NORMANNICARVM *tit. VII.* ſunt haec: *Tutelam aetate* MINORVM *habet princeps* NORMANNIAE *in feudis* LORICAE (militaribus). MINOREM *autem aetatem habere dicuntur, qui nondum ſpatium XX. annorum compleuerunt. Qui in* TVTELA *usque ad* VICESIMVM *annum completum tenendi ſunt.* VNVS *enim* VLTRA ANNVS *eis conceditur*, *ex uſu Normanniae. Quo* CLAMOREM (actionem in iudicio *gerichtlichen widerruff*) *de* REVOCATIONE SAISINAE *ante-*

Verba: e CODICE MSCTO.

Addito VNO *ob* r ſtitutio- nem *in i.*

(*) Saepe queſtus ſum, uulgarem LL. WGOTHICARVM editionem admodum eſſe *mendoſam*. Indeque huius iuris lacunas & diſſenſus. Mendis enim ſublatis conſtabit ſibi *WGothica iurisprudentia* omnino. In *Gallia* egomet, *Pariſiis*, meo aere, redemi harum legum *membranas*. Forma eius libri, ut plicari ſolent libri noſtri chartacei, *octupla*. Litterae uetuſtatem habent ſeculi XII. ſcriba nulli cedit uel elegantia uel cura in euitandis mendis & ſphalmatibus. Animus eſt, uel illius edere *uariantes lectiones*; uel recudere codicem totum. Eique iungere LL. alias NORMANNICAS; ANDEGAVENSES; SAXONICAS; FRISIAS. Quas in MEMBRANIS poſſideo pariter MSCTAS.

(†) Debeo etiam hunc CODICEM MEMBRANACEVM LL. NORMANNICARVM Galliae, profuſae & prodigae nuper, in his theſa ris uendendis. Abſoluit ille plagul DXVI. Cum patrio iuri facem praefer luculentisſimam hae leges; uti ſcilic *ſeptentrionalium populorum* omnium in m ribus, lingua, inſtitutis ac iure pulche rima ubique harmonia: in eo ero, ut prox me prodeant illae in lucem. Habebu inprimis iureconſulti *Saxonici*, quod in diſcant & doceant emendentque patri ſuae *legum uerba*; *ſenſus*; *ſententiasqu* Interpretum, praeſertim recentioru oſcitantia, corruptos, turbatos, huc illuc tortos, perfuſos Latii & cerebri off ciis & pigmentis. Vt priſtina eorunde indoles & ratio uix poſſit agnoſci etiam oculatisſimo: niſi lumen accedat med aeui reliquiarum.

tegrum. Inde XXI. anni SAXONVM.

cessorum, per inquisitionem (actionem) *debent in curia proponere. Ei enim, qui* VIGINTIMVM *annum compleuit, inquisitio* (actio) *de* SAISINA (possessione, dominio) *antecessorum non conceditur; nisi infra* ANNVM *&* DIEM, *clamoris facti* (actionis institutae) *mortuus fuerit.* Et porro: *sciendum est, quod dux Normanniae habet* CVSTODIAM (tutelam) MINORVM, *quousque XXI. annos habuerint completos. Ea uidelicet ratione: quod, cum a custodia* (tutela) *exierint,* DESAISINAS (possessiones alienatas) *ad eos pertinentes, potest inquirere* (uindicare in iudicio agendo) *& eas eis tenentur restituere, si male fuerint alienatae. In custodia* (tutela) *autem heredes esse, quousque XX. annos integros compleuerint. Et tunc debent illi, qui eos habebant, eis omnia feuda reddere, quae, occasione custodiae (*tutelae) *ad manus eorum deuenerunt. In* PRIMO *autem anno post* VICESIMVM *heredes* SAISINAS (possessiones) *antecessorum suorum & eorum, quorum* ESCAETE (hereditas, erbschafft) *ad ipsos, tanquam ad propinquiores heredes debent uenire, possunt per inquisitionem* (processum in iudicio) *reuocare. Si autem tacuerint, quousque* VICESIMVS VNVS *sue etatis annus penitus fuerit adimpletus, ad dictas* SAISINAS (possessiones) *reuocandas per recognitionem audiri non non poterunt nec debebunt.* Et iterum paulo post: FEMINA *tamen, nisi per matrimonium* (tum enim ei maritus est instar tutoris, *der eheliche vormund*) *custodiam non egreditur nec etiam aetatem habere* (zu ihren tagen kommen) *dicitur, quousque XX. annos compleuerit.* (Vt in sexu diuerso nullum discrimen). *Si quis uero in nonaetate* (i.e. minori aetate) *constitutus, duxerit in uxorem, habentem feodum, feodum in custodia erit, quamdiu adolescens aetatem non habebit* (maior factus non fuerit). *Mulier enim conditionem uiri sui sequitur & legem.* Sunt haec aurea prorsus: quae patriae & Saxonicae iurisprudentiae lucem adferunt in tenebris, quibus illa adhuc fuerat

Eodem XX. anno FOEMINAE MAIORENNITAS; *nisi haec uxor. Vbi sub* TVTELA *mariti.*

fuerat inuoluta & irretita. Patet inde, quod SAXONICA MAIORENNITAS aetatem requirat XX. annorum, instar Graeciae & ueteris Germaniae. Patet deinde, quod eadem aetas XX. annorum praescripta foeminis; sitque perpetua mulierum tutela aut curatela partus Latii alienus. Praeterea patet, uxorem agere sub *tutela* & *curatela*, utrumque nostris Germanis unum idemque, sui mariti. Porro etiam hic elucet; quod pupilli *uasalli* tutela sit penes *dominum* eaque *fructuaria*. Tum intelligitur hoc, quod discrimina Normannis inter aetatem *nubilem* & illam, ob quam *finienda tutela*. Sed ultimum restat, quod est maximum: *qua causa* VNVS VICESIMO, *in maiori aetate, sit adiectus* ANNVS, *prolataque ad XXI. annum maiorennitas?* Antequam prodidisset mihi codex meus causam: illam adsecutus sum coniecturis. Nempe *maiorennitate XX. anno adepta:* unus annus addi ac relinqui debuerat iuueni, ut, si quando laesus esset in minori aetate, *anni* spatium superesset, intra quod posset agere remque temere alienatam aut perditam reuocare. Inde euenit, ut, addito hoc anno, dici posset: NORMANNOS (idem de Saxonibus) *XXI. aetatis anno completo* fieri *maiores*. Quo iure, in hisoris, uiuimus ac utimur nos hodieque. Olfeci idem supra *cap. I. §. 35.* in MAIORI aetate Latii XXV. annorum. Quorum XX. anni *terminus uerus* ac sincerus, Graeciae & Alemanniae concinnus; V. reliqui habendi pro *adiectitiis* & *accessoriis*, ob *restitutionis* in integrum beneficia, quibus lustrum & *census* tempora debuerant absolui (*). Neque mirum, etiam prolato ita maioris aetatis termino, nouam restitutionem effictam nihilominus. Nam

In MAIOR[I] *annus* XX[I.] qui ACCESSORIVS? *Iure* *a*) Normannic[o] *b*) Saxonico *c*) Angl[i]co *&c.* *Vera ca[u]sa adiect[i] anni VN[I]VS.

(*) Licet enim postea per *l. ult. C. de temporib. in integrum restitutionis* Iustinianus statuerit *quadriennium:* antea tamen *quinquennium* fuerat & multa discrimina alia: utrum restitutio Romae & in Italia facienda, an alibi. Quod huius loci non est, uberius explicare. Non vero ideo igno[-]rantiae incusandus imperator. Quoniam statu Romae in Latioque mutato, non opu[s] fuerat porro attendere iura ea, quae a[d] pristina tempora unice respexerant.

iden

idem hodieque fit in Saxonia. Licet enim annus VNVS, post *uicesimum*, tempus definiat *restitutionis*: illo tamen ad uicesimum adglutinato semel, siue ignorantia siue fauor nimius pro *minore* noua restitutionis tempora effinxit iterum requisiuitque a iuribus Latii. Vt adeo *duplici* restitutionis spatio gaudeant hodieque iuuenes nostri cum in Latio, tum in Germania.

FRANCIS *maior* XXI. *natus.*

§. 9. Gratam operam praestitimus haud dubie pluribus populis. Indicando illis ueram nullique hactenus detectam & proditam causam: *quare hodie demum XXI. non uero, ut olim XX. aetatis anno, homines fiant maiores?* Nam plurimi hoc aetatis penso uel olim usi sunt uel utuntur etiamnunc. De FRANCIS memorabilem locum e tabulario produxit deditque FRESNEVS *u. aetas.* Charta est IOHANNIS *reg. Hierosolymitani* an. 1214. Verba eius haec: *scire uos uolumus; quod* CONSVETVDO, ANTIQVA *& per* IVS (leges publicas) *adprobata, talis est in regno Franciae: quod nullus ante* XXI. *annum potest uel debet trahi in causam,* cetera (*). Quod igitur *Ioan.* FABER, Galliae cancellarius olim ad C. scripsit: *maiorem* XIV. *annis aetatem generali Galliae consuetudine haberi pro perfecta:* illud in *nuptiis* est requirendum, non autem in *finienda* uel *tutela* uel *cura.* Licet enim discrimina horum nominum ac munerum ignorent Galli: solent tamen hodie aetatem non ante habere *perfectam,* quam XXV. maiorem, idque ex iuris Romani receptu.

BRITANNIS XX. *annorum aetas* MAIOR.

§. 10. Regnant tamen pristina *maiorennitatis* tempora in quibusdam prouinciis. Ita enim BRITANNIAE MINORIS est lex, *tit.* XXI. *art.* 457. his uerbis concepta: *l'homme ou femme, qui sont soubs l'aage de* VINGT *ans;*

(*) Sed *Gallia* hodie sequitur ius Romanum neque antefinit *tutelam aut curatelam*, (quorum munerum nulla ibi differentia) quam XXV. aetatis. Quod testantur MOLINAEVS *in Paris. consu.* AVTVMNVS *in collatione iuris Gallici & Romani*; DOMAT *en loix ciuiles dans leur ordre naturel*, alii.

sent

ſont mineurs. Et VINGT *ans accomplis & paſſez ſont* MAIEVRS. Igitur tam mares, quam foeminae maiores fiunt XX. anno aetatis. Dolet *Bertrandus d'* ARGENTRE, inſignis ad has leges commentator, *p. 1763. 1764.* quod homines fuerint naſutuli & calumniatores; qui hunc terminum uocauerint huic prouinciae in dubium. Quod Latina *maiorennitate* iunior eſſet totis *quinque* annis. Quaſi nihil rectum, quod non Romanum. Cum tamen, in hoc ſaltem argumento, certiſſimum ſit, Romano iure nil ſtultius; contra patrio nihil aequius & ſincerum magis fuiſſe.

§. 11. Etiam AVRELIANÆ urbis ac principatus hic idem terminus maiorennitatis XX. annorum & diei unius, ne ſuper fine anni orirentur diſcrimina. Ita certe in *conſuet.* AVRELIANIS *tit. I. cap. 30.* definitum: MASCVLI MAIORES *annis ſuique iuris efficiuntur, ubi* VIGESIMVM *aetatis annum unumque diem ſuperauerint.* FOEMINAE QVATVORDECIMO *& uno die peracto.* Cui addendum *cap. 35.* Vbi idem repetitur de foemina ſigillatim. Huic legi ideo ſuccenſet interpres *Pyrrhus* ANGLEBERMEVS, quod foeminae maiorennitas ſit iunior. Verum factum eſt hoc ideo, quoniam mulieres agunt ſub curatela maritorum. AVRELI[A]NENSIB[VS] XX. ann[i] MAIOR.

§. 12. Parem limitem MAIORIS aetatis habent ANDEGAVENSES. Produnt hoc a Choppino editae *conſuetudines* ANDEGAVENSES *artic.* LXXXVI. *le bail, du masle noble, dure iusque a ce, que celuy, qui eſt tenu en bail. S'il eſt* MASLE *ait* VINGTS *ans accomplis: & de la fille iusque a ce, qu'elle ait* QVATORZE *ans accomplis.* Dolet ipſe quoque commentator inſignis CHOPPINVS, quod hic mores Latii migrentur ideo; quaſi Galli, uafer populus & uerſutus, citius ſapiant, quam Romani. Interim, putat, conſtringendam interpretationem, ne obſint deſtruantque leges Romanas. Neutrum placet. Nam ad- ANDEGA[VENSIBVS] XX. an. [...]tas MAIO[R.]

ſcribi non debet *inſolentiae* aliquid; ubi priſtini antiquiſſimique moris imitatio. Deinde caſtra Latii hic quidem deſerenda, ubi pugnant cum laruis & umbris.

PICTAVIENSIBVS XX. *an. aetas* MAIOR.

§. 13. In PICTAVIENSIBVS ſtatutis illud notandum, quod exempla uetuſtiora *artic. CCCXVI.* ita ſe habeant: *le fils eſtant en la puiſſance de ſon pere & non emancipe. S'il eſt marie des ce qu'il a paſſe l'aage de* VINGTS *ans.* Sed, manu interpretis, additum CINQ. Vt hac fraude apud *Pictauienſes* regnarent iura Latii. *Petrus* RAT, *ſenator Pictauienſis* & patriarum legum commentator, prodit hanc fraudem addito iudicio: *in illa* XX *annorum aetate hominem idonea mente ac ratione eſſe, ut ſuis rebus praeſit neque opus habeat* AETATIS VENIA & *indulgentia.* Verum ſatis de moribus Gallorum.

SVECI & *ſeptentrionales* XX. *anno* MAIORES.

§. 14. In regnis SEPTENTRIONALIBVS, quorum incolae uel *ſoboles* noſtra uel *maiores*, exiſtimat *Ioannes* LOCCENIVS *diſſert. IV. iuris Suecici qu. 11. p. 112.* nihil de *maiorennitate* definitum; quod *uirtus maiorem* fecerit; non *annorum numeri.* Vt adeo *uni* citius; ſerius *alteri* gladii iura cum iisque maiorennitas data eſſe uiderentur. Quod idem illud fuerat inſtitutum Germanorum, deſcriptum §. 4. Verum utut facile crediderim, ob uirtutem in Suecis adoleſcentes ante XX. aetatis annum adpellatos eſſe maiorennes: iura tamen *maiorum* ultra XXI. aetatis anni ingreſſum uix dilata. Prodit hoc ius VPLANDICVM, quod definit *maiorennitati* XX. aetatis annum. Vt agnoſcit *Io. O.* STIERNHOOK *iuris Suecorum lib. II. c. 1. p. 154.* Atque inde argui omnino poteſt ad Sueciam uniuerſam, ſi mores, ſi inſtituta attendantur uniuerſim. Quod ſi, in gratiam alicuius, is terminus contractus, illud ad *priuilegia* pertinet, quae ius commune non deſtruunt. Vnde rectum eſt iudicium *Caroli* LVNDII *in prolegomenis ad LL. Vpland. p. 18.* conuenire in eo *Vplandis* cum LL. Graecorum, quibus homines, XX. annos

nati,

nati, habiti sint *maiores*, digni, qui *ciues* ac *milites* initiarentur.

POLONIC *iure XXIV annis* MAIOR?

§. 15. De POLONIS illud mirum. Cum enim uiuant illi ceteroquin *iure Magdeburgico* siue, quod unum idemque, *Saxonico* iure, ubi MAIOR aetas spatio XXI. annorum definita: nihilominus addendum apud illos *triennium*, ut XXIV. annos nati demum *maiores suaeque tutelae*. Ita HERBVRTVS in u. *anni discretionis;* LIPSKIVS *in obseru. X. n. 8. Nicol.* ZALASZOWSKY *lib. II. iur. Pol. tit. 17. art. 8. p. 257. sq.* aliique. Sed tamen, crediderim, Polonos eundem cum Saxonibus habuisse limitem maioris aetatis. Postea *quatuor* annos adposuisse pristinis institutis ideo; quod intellexerint tempora *restitutionis* in integrum esse *quadriennium*. Qui enim LITHVANI, uicini, XVIII. maiorennitatis annum haberent, quod *Aug.* KOLVDZKIVS *in promptuario iuris Lithuaniae* u. *minorennis:* nisi iunior illis siue Saxonica minorennitas, ob iuris Romani offucias prolata deinceps *triennio* aut quadriennio.

LITHVAN XVIII. *an no aetat* MAIORES

I. HVNG. RICO XXI *annos n tus, est* MAIOR.

§. 16. Ne tamen aliquid dissimulem, etiam HVNGARIAE est annorum XXIV. MAIORENNITAS atque ita utriusque regni in Slauica forte gente colluuies ac concentus. Aperiat nobis rem *Steph. de* WERBOECZ *iuris Hungarici part. I. c. III.* Cuius sermo est hic: *Perfectae aetatis sunt* MASCVLI XXIV. *annorum.* FOEMINAE *uero, iuxta modernorum consuetudinem*, XVI. *annorum. Eorum, qui imperfectae aetatis, alii legitimae alii illegitimae. Legitimae aetatis masculi & foeminae sunt* XII. *licet forte olim aliter. Et* MASCVLI *an.* XVI. *super debitis & pignoris titulo: anno* XVIII. *de auro & argento ceterisque rebus ipsorum mobilibus* FASSIONES (*) *facere possunt. Anno*

(*) Forte idem, quam sibi ipsi prospicere contrahendo; *sich selbsten fassen oder handlungen abfassen.* Alii putant idem esse: quam agere in iudicio. Cuius coniecturae causam hic uideo nullam.

tandem XXIV. *uniuersa bona & quaelibet iura eorum possessionaria uendendi, permutandi, &, quocunque titulo uoluerint, alienandi, plenariam habent facultatem.* Ceterum, quae de *masculorum* hic *pubertate* habentur anno XII. aetatis; illa tribuenda confusioni pigmentorum Latii exceduntque limites omnes naturae & rationis.

I. BOHEMICO XX. *annorum est* MAIOR.

§. 17. BOHEMICO iure tenentur quidem tutores pupillis rationes reddere; *masculis* quidem anno XVIII. atque foemellis XV. sed anno XX.. demum consequitur adolescens rerum suarum administrationem. Postea rescindere & reuocare ei licet, intra I. anni spatium, quae in damnum facta minorennis. Vt adeo, tempore utroque coniuncto, annum habeas XXI. *Saxonicae maiorennitatis.* Quo iure regitur utiturque *Bohemia* alias.

I. PORVSSICO XXI. *annis est* MAIOR.

§. 18. In PORVSSIAE regno pariter lege cautum est: ne uel citius uel serius adolescentes utriusque sexus tutela liberararentur, quam XXI. aetatis anno plene exacto. Vt uerba habentur *lib. II. iur. Poruss. art. 8.* Et licet cogitauerit quis, datum hoc esse iure nouissimo; *und solle das Ræml. recht hiemit durch diese gegenwärtige ordnung cassiret und aufgehoben seyn:* est tamen hoc instituti antiquissimi. Idemque statutum in ueteri CODICIS *exemplo 1620.* atque in ipsis CVLMENSIBVS *tabulis lib. IV. tit. 14. c. 5. 13.* Vt adeo MAGDEBVRGICO siue, quod uulgo dici solet, *Saxonico iuri*, quod principio rerum in *Porussia regnauit,* hoc idem tribuendum esse uideatur.

I. HISPANICO *qui reges* XX. *annorum* MAIORES.

§. 19. Binis uerbis addo de HISPANIS; quod lex regni uelit: *ne quis Hispaniam regat, nisi annos natus XX.* testibus MOLINEO *de primog. lib. I. c. 2.* GVTIERREZIO *part.* I. *de tut. c. 18.* Licet uero in subditis tempora Latii regnent neque eorum aliquis maior, nisi XXV. annorum: putauerim tamen in *regibus* permansisse WGOTHICI iuris reliquias. Hoc enim anno XX. tutelas finire, diximus §. 8. superius.

§. 20.

§. 20. Et quemadmodum hodierni *Angliae* populi sunt *Normanni* & *Saxones:* ita quoque iura MAIORVM his sunt concinna, initium facientia ab anni XXI. exitu. Definite FLETA, iureconsultus Angliae seculi XIII. *in comment. iur. Anglicani lib.* I. *c. 9.* de tutelis: *plena aetas* VIGINTI VNIVS *anni. Ante hoc tempus* VNDRES (inferiores, iuniores, iungen) *dicuntur & sub tutela remanent. Inde a* VIGESIMO SECVNDO *anno se ipsos tueantur.* Est autem hoc de hominibus alicuius numeri aut census intelligendum, *qui post* VICESIMVM & VNVM *annum completum* fiunt suae tutelae; alii citius, quod docet *Ranulphus de* GLANVILLA *lib. VII. iuris Angl. cap. 9.* Idem terminus XXI. annorum in MAIORI definitus BRACTONO *lib. 2. iur. Brit. c. 37. §. 2.* LITTLETONO *sect. 103.* Atque his moribus uiuunt hodieque Angli, teste *Io.* COWELLO *lib.* I. *instit. tit. 22.* ubi de foeminis tamen addit, quod ipsae anno XIV. aut in grauiori causa anno XVI. liberentur tutela. Ratione adiuncta, quoniam maritum habeant instar tutoris. Sed quid de illis, quae colunt coelibatum; paucissimis in isto regno. Quod tamen *curatores* Angli nesciant: non crediderim, ex indole ac institutis populi esse, his porro omne negare auxilium.

ANGL. XXI. aetas. IOR.

§. 21. In GERMANIA nostra, licet receptus iuris Romani nonnisi subsidiarius fuerit, illud tamen in multis prouinciis *patriae instituta* depressit & expunxit. In aliquibus mansit terminus anni XX. & XXI. definitus a ueteri Germania aetati MAIORI, barbare MAIORENNITATI. De SAXONIAE moribus illud adeo est certum, ut plures existiment, his unice deberi XXI. annorum *maiorennitatem.* Cum tamen hoc sit falsum inane. Sed nihil noui est: *Saxonico iuri sigillatim tribui,* quod GERMANICI iuris *uniuersim.* Loquitur hic, sed non absque nugis & pigmentis Latii, SPECVLATOR *lib.* I. *art. 42. über* XXI.

In GERMANIA *annos* ... *tus* MA... *iure* SAXONICO?

iahr ist der MANN *zu seinen tagen kommen* (*). *Welches mannes alter man nicht weiß: hatt er haar in dem* BARTH *und danieden an dem* BAVCH *und unter ieglichem* ARM *deßgleichen: so soll man wissen, daß er zu seinen tagen kommen* (††). Friuolae gerrae! ut solet nugator stultissimus. Euomit uno halitu deliria plura. Falsum est, Germanos, in *tutela* finienda, *lanuginem* & *pilos* respexisse, qui mores fuere *Latii* insanientis. Animi robur *uirtutemque* sibi proposuerant promiserantque in homine XXI. annos nato. Falsum est, hos *pilos* nuntios creditos legis *primaeuicennariae.* Falsum, in his ipsis trium membrorum esse concentus ex asse? Adauget nugas glossator suis commentis, uix dignis margine. Idem XXI. anni limes, repetitur *im* LEHENR. *cap. 26. weil sie zu ihren tagen noch nicht kommen seyn, das ist zu XXI. iahren, so müssen Sie dann wohl vormünder haben.* Cuius decreti Saxones tantopere sunt tenaces, ut eodem etiam uinculo ipsos PRINCIPES ac DVCES suos audeant constringere. Ceterum labitur hic SCHILTERVS, *exerc.* XI. §. *24. 25.* nescius eorum, quae diximus, casibus aliquot. *Prima* erratio illius est haec: quod existimet terminum XXI. annorum in MAIORI aetate esse Saxonibus *nouum;* cuius loco XVIII. annus obtinuerit quondam. Sed cum inde a prima origine ostensum sit, quod XX. annus probatus

SCHILTERI *triplex erratio.*

(*) Quae addit: *über 60. iahre ist er zu seine tage kommen;* illa figunt inanibus interpretibus crucem. Stultissimum est commentum glossae: *quod imperator senectutem LXX. annis definiat: ius Saxonicum habeat LX. Quoniam uires naturae cum mundi fine adpropinquante decrescant: imo Caroli M. aetate iam decreuerint, qui iuris Saxonici sit lator.* Pueriles gerrae; indignissimae lectione & oculis hominis sani. Nisi nugatur hic, ut alias, speculator noster LX. annorum spatio, respicit ad honestam missionem in militia.

(††) Germaniae *iureconsulti* rerum iuriumque ueteris aeui & aliorum populorum ignari, tantam fidem habent nugacissimo speculatori: ut dubitent, ob eius ineptissimis sententiis discedere latum unguem. Verum constat aliunde, annos *maiorennitatis* testibus aut monumentis docendos fuisse, non lanugine oris aut pubis. Imo aetas Germanorum uirtute agnita; non *barba* hirquitalliente.

sit,

ſit Germanis, ex cauſisque *unus* poſtea adiectus, nihil opinabile remanet in Schilteri coniectura. *Deinde* etiam hoc eſt commentum inane: quod Germanorum maiorennitas *quinquennio* aut *quadriennio* anteuerterit Latium ideo: quoniam corpora Germanorum firmiora incolis Italiae. Nam cum Romani anno iam XVII. & XVIII. bella geſſerint olim obierintque munera; imo etiam praeuenerint potius Germanos pubertate, quis ſomnians ita argueret. Non *uirium* defectus in cauſa; ſed opum amplitudo in diuite Latio. *Tertium* eſt, in quo ſe Schilterus huc illuc cum Saxonicis iureconſultis torquet: *num quadriennium reſtitutionis apud Saxones ideo ab anno XXI. numerandum finiendumque in XXV. anno; an uero in XXIX. cum Romanis?* Facile me expedio; licet ipſi etiam *Galli* ita litigent. Patria iura ex moribus patriae aeſtimanda ac ſupplenda; non ex dicteriis peregrini Latii. Sed §. 8. plane docuimus: XX. anno aetatis addidiſſe demum Germanos annum VNVM: ut XXI. anno integro elapſo porro nullum reſtitutionis beneficium. Igitur hoc ſatis eſſe poterat patrio iure. Cui, ſi adglutinare uelis *reſtitutionis Romanae quadriennium*, initium faciendum a temporibus *patriae maiorennitatis*, ab anno XXI. ſcilicet, ut illa XXV. anno expiret; nec quicquam uero XXIX. anno, quod Romanum eſt & peregrinum (*).

§. 22. Inter eadem tempora inter XX. atque XXI. annos *ciuitates* quoque imperii errant paſſim, moribus quidem antiquis, qui uigent etiamnunc. Ita MVLHVSANA *ſtatuta lib. IV. artic. 35. Vormündere ſind biß die kinder mundbahr oder mündig werden und zu ihren iahren kommen. Nehmlich die* KNAEBLEIN *biß ſie 14. iahr: der* MAEGD-

MVLHV-NAE *re-publicae* XX. *an.* ... *tas* MAI...

(*) In Boioaria ita an. 1660. decretum eſt liſque compoſita in ſupremo tribunali. Quod habet SCHMIDIVS *ad ius Boio. tit. V. art. 5.* & in *ſemicent. I. controuerſia* XX... ex inſtituto. Licet ille etiam luce de... tuatur: quam nos rei uidemur attuliſſe...

LE...

LEIN *aber biß sie 12. iahr erlangen. Darnach bleiben Sie* (die vormünder) *furder ihre curatores oder vorsteher und versorger biß in das XX. iahr oder daß Sie zu ehren greiffen* (heurathen) *doch nach gelegenheit der person und unserem erkäntnüß.* Fuerat enim legislator rerum ac morum patriae ignarus. Igitur ex Latii pigmentis adspersit inter *pubertatem* & *maiorem* aetatem discrimina; foeminae, more impudici Latii, *pubem citius* tribuit, quam maribus; neque ulla inter *tutores* & *curatores* differentia, si commenta exceperis Latii inanis.

BVTTIADINGERANIS XXI. *aetas* MAIOR.

§. 23. In Oldenburgico tractu est MAIORENNITATIS terminus XXI. annorum. BVTTIADINGER *landr. artic.* VIII. *die vormundschafft, samt der curatel soll nicht erloschen seyn, es müssten dann die kinder* XXI. *iahr vollnkomlich erreichet oder für erreichung solcher iahre auf gutbefinden unsers praetoris pupillaris und der vormünder bewilligung sich verheurathet haben.* Idem utrique sexui terminus. Et uniuersim moris in ueteri Germania: per matrimonium contractum liberos emancipari, multoque magis liberari tutela.

MAGDEBVRGICI *iuris filia* Saxonicum *& utriusque in* XXI. *harmonia.*

§. 24. Vti MAGDEBVRGICA iura fons & origo *Saxonici;* ita etiam utriusque hic concentus & harmonia: ut MAIOR aetas XXI. anno definita in *maribus; foeminae* tamen agant sub perpetua curatela (*).

(*) Res ipsa loquitur. Principio enim HALAE & MAGDEBVRGI inde a Carolo M. conditore, *praetoria urbana,* teste auctore *chronici Moissiacensis an.* 806. *& mandauit rex* Karolus *aedificare duas ciuitates. Vnam in aquilone, parte Albicae contra* MAGADABVRG; *alteram in orientalem partem, Sala, ad locum, qui uocatur* HALLA. Quo tempore nulla ciuitas in reliqua Saxonia. De inde etiam *speculum Sax.* MSCTVM hac computatione utitur: iura peti a *Magdeburgo;* tum ab *Hallis;* post a *Lipsia;* demum *Viteberga.* Quasi iuris praetoriani haec uera propago. Post in *Poloniae, Porussiae, Bohemiae* ac *Silesiae* prouinciis ac regnis ius hoc alio nomine non gaudet, quam *Magdeburgico* idque tam in ciuilibus, quam feudalibus causis. Vtpote *leben zu Magdeburgl. recht nach einem* & porro *zu beydem geschlecht, opusc.* de *diff. iuris Poruss.* & *communis.* Praeterea *scabinatus Halensis* & *Magdeburgicus* tantae uetustatis & celebritatis; ut Poloni, Porussi, Bohemi inde requisiuerint iura, cum *Lipsia* & *Viteberga*

§. 25.

§. 25. Quid autem de SVEVICO iure ſtatuendum, in tantis diſcriminibus legum uerborumque, debet omnino requiri. Praeſertim, quod in ſuis nugis utrique ſpeculatores, SAXO & SVEVVS inuicem contendere uideantur: ut unus alterius habeatur dux, auctor actorque. In GOLDASTI *reichsſatzungen p. 31.* exhibetur *landr. und lehenrecht* ſub SPECVLI SVEVICI adpellatione. In cuius cap. I. §. 2. uerba haec ſunt: *der XXI. iahr alt iſt, der ſoll das voytding ſuchen, da er geſeſſen iſt.* Sed in aliis locis exemplisque ſpeculator hic uariat. Nunc enim XXI. nunc XVIII. iterumque XV. & XXV. aetatis annos habet in hoc argumento: calamo iudicioque inſtabili. Vt nunc mores *Latii;* iterumque *patriae* aut *Longobardiae* adprobare uideatur. Niſi dixeris, *ſpeculi Sueuici* auctores & tempora diuerſa fuiſſe: qui ideo in cauſa horum diſcriminum.

SVEVICO iure XXI. annorum MAIOR?

§. 26. Dignum eſt commemoratione, BOIOS in MAIORENNITATIS finibus ſtatuendis diuerſo tempore uariauiſſe. In *codice iuris* BOICI nouiſſimi *tit. V. art. 5.* uerba ſunt haec: *Die kinder, ob ſie ſich gleich wegern, ſollen biß ſie das* XXI. *iahr ihres alters vollkommlich erreichen, und alſo nicht mehr vor mindeiährig gehalten werden, curatores, das iſt, treuträger und verſorger haben.* Licet uero hodieque Boioaria hac lege uiuat utaturque, ut *Sebaſt.* KHRAISER *in inſtitutionib. Romano-Boicis lib. I. tit. 23.* MANZIVS; RATH; BALTHASAR; ERTEL aliique domeſtici iureconſulti habent: prodit tamen *Caſpar*

BOICO iure XXI. annorum aetas MAIOR?

famam ſcabinatuum debeant potisſimum academiis. Porro municipale ius Saxonicum a metropoli adpellatum *Magdeburgicum,* non *Vitebergicum* aut Lipſienſe. Tum *Magdeburgicum* hoc ius inde demum audire etiam incepit Saxonicum, ex quo *Saxoniae archiprinceps* ab antiſtite Magdeburgico inauguratus *Burggrauiatu.* Demum eius ideo memoria celeberrima ſub nomine

Magdeburgico & Halenſi, cum Vltebergen[...] & Lipſienſes Burggrauios i.e. praetores ur[...] nos neſciamus. Haec curſim & in epitom[...] Plenius egi de hoc argumento in *oratio*[...] habita a me anno CIↃ IↃ CC XXIII. cum, iu[...] regali, *Salzgrauium* & *Scabinos* ſolenni a[...] introducerem (*in die ſchöpſenbanck einw*[...] *ſen*), primus tum legatus. Quod eſt inſtar [...] *nae initiationis,* repetendae annuatim.

SCHMIDIVS *L. B. de Hasselbach ad tit. V. art. 5. iur. Boici* aliquid, quod est omnino singulare. *Certum est ex reformatione 1588. tit. 51. art. 4. quod antiquitus tempus maiorennitatis ad* XVIII. *aetatis annum fuerit restrictum. Vt proinde hodierna statuta maiorennitatem non abbreuiauerint: sed, pro tribus annis auxerint. Et ex hoc adparet, quam inepte aliqui pro singulari notent: quod duces Bauariae, sicut electores imperii* XVIII. *anno legitimam aetatem, pro adeundo regimine prouinciarum suarum, consequantur. Cum quilibet rusticus & plebeius homo in Boioaria* XVIII. *aetatis anno pro maiorenni habitus & a curatela liberatus fuerit.* Vltimum antea quoque dixerant HORTLEDERIVS *lib. IV. de caussis B. G. c. 31. n. 19.* atque *Ioan.* RVDINGERVS *lib. II. controu. feud. cap. 38.* Fuisse uero hoc instituti & *Longobardici* iuris, ut XVIII. anno aliquis haberetur MAIOR, quod aetas illa, militiae apta omnimodo: illud quidem inferius declarabo sigillatim.

Olim anno XVIII. *aetatis.*

§. 25. Vti uero AVSTRIAE principatus quondam Boioariae accessorius: ita requisiueris caussam, ob quam *maiorennitatis Boicae* limitem Austriaci VNO anno protulerint ultra. Ita enim *Francisc. Anton.* GVARIENTIVS *in codice iuris Austriaci u. G. tit. 16.* legem exhibet: *Wann der pupill, so er ein mannsperson, XXII. und wann es eine weibsperson XX. iahre diß alters erfüllet hat: so endet sich die gerhabschafft.* Haec sane discrimina temporis ac sexus mihi necquicquam ad palatum. Quoniam delirat, qui sibi persuadet, foeminas citius sapere, quam mares, licet forte *concipiant* maturius. Neque est, quod in nuptiis huius instituti ueniam requiras. Nam quid si foemina coelebs? Et nuptias tam in *mare*, quam in *muliere* tutelas finire, dicitur deinceps. *Wann sich ein pupill manns- oder weibsperson, vor obbemeldter zeit* VERHEVRATHET *oder im geistlichen stand würcklich profess gethan, wird sie auch der gerhabschafft entbunden.* Vt adeo alia quaestio

I. AVSTRIACO *anno* XX. *aut* XXII. *aliquis* MAIOR?

quaeſtio eſſe non poſſit, quam de *coelibum* tutela. Latii iuris *aenigmata* tenellis mentibus ſolent infigi; ut nequeant illis deſuefieri penitus. Rectius tamen ſe habent Iuſtinianea, quae in MAIORIBVS utrique ſexui ſtatuunt aetatem eandem.

§. 28. ARGENTORATENSI, uetuſtiſſimae & liberrimae ciuitati, uetuſtiſſima quoque ſunt inſtituta. Verba in COD. MSCT. *art. V. p.* 106. ſunt quidem haec: *Wann ein kind, es ſey knab oder tochter XX. iahr alt iſt, von dem tag, ſo es gebohren würd, ob es ſeine ſinne hat: ſo ſoll und mag es wohl ſein ſelbſt* VOGT *ſeyn über ein gut und mag thun und laſſen, was es will mit ſeinem gut. Es mag aber niemand diß andern vogt ſeyn: er ſey dann* XXIV. *iahr.* Commentaria SCHILTERI uideat, qui uoluerit. Nos exemplorum multitudine & uetuſtate ſumus certiſſimi, hunc ueteris Germaniae limitem MAIORIBVS ſemper definitum fuiſſe. ARGENTORATENSI XX. ann MAIOR.

§. 29. Veteris BELGII iura uti Germaniae noſtrae inprimis concinna eſſe ſolent: ita etiam ibidem MINORES adoleſcentes antequam XX. aetatis annum exiuerunt. De GELDRIS ſuis teſtatur SANDEN *de feud. Geld. tract.* 2. *tit.* 1. *c.* 2. quod ibi mares XX. foeminae XVIII. euadant MAIORES. Contra prudentiores VLTRAIECTINI, qui in *foeminis* longiorem aetatem XX. annorum exigunt: in *maſculis*, quod facilius ſapiant, XVIII. annum ad iura MAIORIS putant ſufficere *Paulus* VOETIVS ad *pr. inſt. de curator.* Cum tamen in illis oris *Romani iuris* maximus eſſe ſoleat in ſcholis cultus: omnino inde fit, ut, depreſſis & expunctis patriae inſtitutis, illud proferat limites ſuos usque ad inuidiam. Adeoque hodie in prouinciis plerisque, per Latii iura, nemo *maior*, quam XXV. annos natus. Quod etiam agnoſcunt *Simon van* LEEWEN *in cenſura forenſi lib. I. c.* 8. & 18. & Belgii iureconſulti alii. *I.* BELGIC XX. anni MAIORES

AETATIS VENIA ex-ul in Germanorum MAIORENNITATE?

§. 30. Verum *patrii iuris* speciminum satis: quae cum iudicio & industria conduximus neque dimisimus sine censura aut coniecturis. Vbi enim, obliteratis Germaniae institutis, Latii in hoc argumento auctoritas, non opus est eorundem commemoratione. Illud addendum instar corollarii: Romanos, quod eorundem MAIOR aetas iusto serior, finiuisse etiam CVRATELAM & MINORES annos VENIA AETATIS.* Sed huius omnes alii populi ideo ignari sunt: quod illis MAIOR aetas *breuior*, tot quidem annis, quot remittere *minoribus* solet *principis Romani* indulgentia.

CAP. IV.

Historia iuris CLIENTELARIS & LONGOBARDICI in *finienda tutela* in XVIII. annorum aetate.

I. LONGOBARDICO *quis* MAIOR?

NOn solius *Latii* instituta colimus *Germani:* sed etiam mores *Longobardorum* sequimur, utrumque ex receptu eodem. Cum igitur quaedam prouinciae & loca sint: ubi XVIII. annorum aetas dat iura MAIORVM, illud quidem *Longobardico* ritu fieri, nunc docebimus & explicabimus. Ne quem utriusque codicis offendant aut turbent discrimina.

MINOR?

§. 2. Illud principio requirere solent *iuris beneficiarii* interpretes; quid in eodem ueniat nomine MINORIS aut MAIORIS? Num Romana periodus XXV. an uero Graeca & Germanica XXI. an demum singularis prorsus XVIII. annorum? Vltimum esse, facili & luculenta opera docebimus.

Annus XVIII. *sed* COMPLETVS.

§. 3. Principio loquantur LONGOBARDORVM leges uetustissimae. Nam *lib. II. tit. 29.* habetur constitutio Liutprandi uerbis, quae sequuntur. *Hoc respeximus, ut intra*

intra X. & VIII. non sit legitimus homo ad res suas alienandas. Sed in XIX. anno homini Longobardo sit legitima aetas. Et quodcunque fecerit aut iudicauerit de rebus suis; stabili ordine debet permanere. Sed tamen, ante hos annos, sit ei libertas, condendi testamentum in animae suae salutem. Haeret hic aqua aliquibus. Quibus euellendum dubium. Putant illi, *decimo nono* hic definito, annum *decimum octauum* porro non sufficere. Verum saepius dictum ostensumque supra: egressum ultimi esse primi ingressum. Vt adeo uelit hoc legislator: non satis esse maiori aetati ingressum *decimi octaui anni;* sed requiri eius *egressum.* Qui esse debeat perfectus, absolutus, completus. Perstat igitur sententia talo firmissimo: *Longobardico & clientelari iure* MAIORES *adolescentes post* XVIII. *aetatis annum.*

§. 4. Atque hoc idem est, quod claris uerbis edicit FRIDERICVS imperator *lib. II. constitut. Sicularum tit. 39. Minores autem tam masculos, quam foeminas* (sexus differentia merito hic neglecta) *intelligimus eos, qui uel quae nondum aetatis suae* DECIMVM OCTAVVM *annum* EXCESSERINT. *Quo completo ipsos tam in contractibus, quam in iudiciis & in omnibus perfectae aetatis uolumus reputari.* *I.* SICVLO *anno* XVIII MAIOR.

§. 5. Et uero requisiueris forte a nobis causam; *quare* CLIENTELARIS MAIORENNITAS *sit* MATVRIOR aliis *Romana & Germanica?* Repono. In *clientelari maiorennitate* legislatores respexisse ad aetatem, *militiae aptam.* Atque hanc in XVIII. anno cum Seruium Tullium, tum alios reperisse, illud quidem abunde ostensum est *cap. I. §. I.* superius. Contra in MAIORENNITATE CIVILI considerandae non corporis tantum: sed etiam *animi uires*, idoneae ad *regendum* & *administrandum* negotia cum propria, tum aliena. Quo iudicii acumine in militia non est opus: quoniam milites a nutu imperioque sui ducis alieno pendent, non a sua uoluntate, *Quare* MAIORVM *aetas ita* CONTRACTA in *feudis?*

I 3 ut

ut fit in causa ciuili. Igitur aequa lance aestimarunt *aetates* auctores legum: dum *militiae* XVIII. *ciuitati* autem XX. XXI. aut plures annos dederunt, ob quos dicerentur MAIORES siue, nostri seculi uerbo, MAIORENNES.

INTERPRETATIO LEGVM *noua haud intellecta aliis. In decreto 2.F.26.§.5.*

§. 6. Hoc lumine nunc perfundemus leges uerbaque iuris Longobardici: ut sensus earundem aperti ac faciles, qui omnibus interpretibus uisi sunt difficiles & tenebrosi, inuoluti puerilibus commentis. Principio nodosissimum decretum 2. F. 26. §. 5. *si* MINORI *feudum datum fuerit, fidelitatem facere non cogatur: donec uenerit in* MAIOREM *aetatem, in qua* DOLI *capax est. Feudum tamen retinet. Si quis decesserit, filio* IMPVBERE *relicto; fidelitatem nec ipse, nec alius pro eo facere cogitur.* Tricarum & dubitationum plena omnia; si audiueris *Cuiacium; Zasium; Hotomannum; Bitschium* nostratem. Nam si *minor* hic ille est; qui annos nondum natus XXV. edictum est falsissimum, cum constet aliunde & ex superioribus, post XVIII. annos domino cum seruitia deberi, tum fidelitatem iuratam, quam, ut putant, post annum XIV. quoque exigat a uasallo imperator *2. F. 55. §. praeterea.* Deinde fieri non posse, ut MINOR uel MAIOR aetas hic intelligatur in sensu iuris Romani de aetate infra aut supra annum XXV. quoniam quaestio sit de ea, ubi aliquis *doli capax*, quae in *pubertate* mouenda; neque dubitandum hic in *maiori.* Accedere, quod sequentia uerba: *si quis decesserit, filio* IMPVBERE, ostendant, loqui compilatorem de eo atque sic uerbis *minoris* & *maioris* eum abuti, cetera. Dolendum est, cum *ius ciuile* collustratum sit Latii antiquitatum notitia: non eandem fortunam *iuri feudali* contigisse. Licet tractauerint illud CVIACIVS & HOTOMANNVS iureconsulti maximi, heroes in rebus Graeciae & Latii. Sed hi, in barbari & medii aeui historia, uix tirones, imo pueri omnino. Atque inde tamen *feudorum institutis* debet accedere ratio ac lumen.

Speci-

Specimen dabimus, hinc requiſitae; luculentiae ad tenebras diſſipandas. Nam *principio* Longobardica iura Latii diſcrimina inter *pubertatem* & *maiorem* aetatem uel ignorant prorſus uel non curant. Deinde *ſynonyma* ideo illis *pubes, maior; impubes, minor; perfectae & plenae* aetatis. Tum eſt illis, qui aetatem XVIII. annorum non impleuit, *impubes, minor, imperfectae* aetatis. Contra, qui XIX. annum ingreſſus eſt, audit eis *pubes, maior,* aetatis *plenae* & *perfectae.* Vti CAESAR ipſe *lib. VI. bell. Gall. cap. 21. impuberes* dixit XIIX. annos natos. Quod magis eſt, usque ad XIX. annum *Longobardi* homines dicunt *infantes*, uti in uernacula *kinder.* Qui ſignificatus in Hiſpania regnat hodieque in liberis regis, qui audiunt *infantes*, etiam adulti. Hoc ſi didiceris: iam omnia erunt, hic & alibi, plana. Id uult decreti auctor: clientem ante XVIII. annum neque praeſtare clientelam; neque eam iurare. Cum utrumque requirat *pubertatem Longobardicam ſiue eorundem aetatem maiorem* XVIII. plenis annis definitam. Neque *doli* ante capacem credi, in rebus ſcilicet non *ciuilibus*; ſed *militaribus*, facientibus ad feudalem *clientelam*, de qua hic quaeſtio ac ſermo. Igitur *impuberem,* infra XVIII. annos natum neque *fidelitatem* facere, praeſtare ſeruitia neque alium *pro eo.* Nam *tutores feudales,* quod rei clientelaris uſufructuarii, *fidelitatem* & *ſeruitia* exhibent proprio nomine, non alieno *minoris.* Ideoque in ſuam iurant animam, non ſui pupilli aut minoris. Quod docuimus alibi in opuſculis: de *indultu feudali* & iterum *de tutela fructuaria* in feudis. Idem ſenſus decreto *2. F. 3. pr.* idem decreto *2. F. 55. §. praeterea.* Sed tamen urges: in eo haberi clara uerba: *infeudatus maior XIV. annis.* Fidenter dico, hos numeros expungendos, additos haud dubie manu aliena. Nam non ita *bardus* fuit doctiſſimi aeui imperator Fridericus I. ut ſibi, uno halitu, contradiceret. Nam in con-

In decretis 2. F. 3. atque 2. F. 55.

constitutione, quam recitat uerbatim RADEVICVS *lib. II, c.7. ad an. 1158.* & quae hanc sequitur statim, clare rem definit. *Vasallos siue maiores siue minores omnium locorum ab XVIII. ad LXX. annos constringendos formula iurisiurandi; fidelitatis; clientelaris initiationis.* Stultissimum igitur est, illud credere; XIV. annos natis imperatorem uel *inuestituram* offerre uel requirere hanc in *aetatula*, militiae inepta. Vtinam ad manus esset codex MSCTVS, qui proderet nobis errorem haud dubie: nisi corruptus infectusque esset mendo, libris feudorum, uulgari.

MAIOR XVIII. *anno qui* VASALLVS?

§. 7. Hoc igitur cum ita sit: *Longobardorum institutis* XVIII. *aetatis annum satis esse ad iura* MAIORIS: mirum non est, plures in Germania & alibi gentes haec instituta esse imitatas. Vt in pluribus quondam Germaniae prouinciis receptum usu: *quod* XVIII. *annos natus, credatur* MAIOR. Praesertim cum symbolum MAIORIS aetatis apud Germanos *ferrum, ensis, gladii* iura, quibus illi quondam insigni tergauisi. Conduxere multorum populorum mores institutaque in aetate MAIORI GIESEBERTVS *in periculo II. statutor. art. 19. a num. 232.* ad 319. *Ernest.* COTHMANNVS *uol. 1. resp. 42.* MYLERVS in *etologia cap. 4.* aliique. Quorum tamen curta supellex, si haec cum illis, quae nos congessimus, uelis conferre. Est uero ubique illa diuersitas: quod XVIII. annorum *maiorennitatem* alii dederint suis *principibus*; alii *uasallis* suis tantum; alii etiam *subditis plebeis*. In primis exemplis poterat asse *ratio militaris*, quae in ultimis deest. De BOIS certe audiuimus supra *cap. 3. §. 24.* Boiariae cancellarium; qui diplomate, 1588. concepto, docuit nos, eousque XVIII. annorum adolescentes MAIORES habitos eosque tam nobiles, quam plebeios, ut de ipso principe non potuerit dubitari. *Ioh. Theod.* SPRENGERVS *in iurisprud. publ. p. 427.* uno halitu ac spiritu diuersas nobis prouincias numerare audet, quarum principes post XVIII. aetatis

aetatis annum fiant maiorennes, instar principum electorum. Nomina PRINCIPATVVM, quos hac aetatis mensura aestimat ille, sunt haec:

Principes GERMANIAE *omnes quondam.*

1) BRVNSVICENSIS 2) HASSIAE 3) POMERANIAE 4) ANHALDINORVM. 5) PALATINATVS 7) SAXONIAE 8) BRANDENBVRGICI. Addunt alii 9) BAVARIAE 10) AVSTRIAE 11) BVRGVNDIAE 12) C. de HOHENLOHE 13) de MANSFELD, licet male.

Sprengeri fidem subsequuntur LIMNEVS *ad A. B. tit. 7. 82. obs. 27.* STRYKIVS *in usu Pandect. lib. IV. tit. 4. §. 3.* ENGELBRECHTVS *ad lib. XXVI. Dig. tit. 10. §. 23.* idque sine iudicio causaque, quam nos indicauimus ad *A. B. tit. 7. §. 4. p. 73.* cura singulari.

§. 8. Illud enim prorsus coniecto argumentis: *quondam principes imperii uirtutem fecisse maiores, non uero numeros annorum inanes.* Nullam illis in fascibus reipublicae accipiendis definitam aetatem. Verum, ex quo *ordines uirtutem* minoris intellexere, ex eo etiam agnouere eum *maiorem*, iam idoneum reipublicae regendae & administrandae. Verum, ex quo *positiui iuris* apices in Germania etiam oppositi principibus, quin agerent ex aequitate & ratione sola, ut olim: inde urserunt quoque aduersus eos MAIORENNITATEM MILITAREM, ne ante principatum regerent, quam XVIII. aetatis annum exiuissent. Hac causa permotus CAROLVS IV. in A. BVLLA *tit. VII. §. 3.* ut hoc eodem aetatis termino XVIII. annorum constringeret *principes electores* cohiberetque eos; ne, quod *olim factum,* principatuum ante adpeterent gubernacula. Cum igitur princeps elector antea fieret XV. aut XVI. forte aetatis anno, si scilicet *uirtus* eum *praematura* agnosceret; idque apud agnatos, penes quos interim principatus erat regnum & ususfructus, excitaret inuidiam: noluit imperator, ius adeundi

Olim PRINCIPVM *S. R. I.* MAIORENNITAS *incerta ut* uirtus.

A. BVLLA XVIII. *annis definita.*

K princi-

principatum errare porro cum *temporis incerti uirtute* ac ordinum fauore; ut potius ſtabilis demum eſſet cuique candidato principali aetas ac terminus XVIII. annorum, quem abſoluere eum oportuerat, cum ante nullis archiprincipibus credenda reſpublica, licet forte eandem bene prudenterque adminiſtraturis. De ſolis ELECTORATIBVS cura & lex fuerat CAROLINA, quorum cauere tantummodo uoluerat diſſidia, ne in eligendo Caeſare inde turbae. *Alios* igitur *principatus* reliquit in priſtino, in quo ante fuerant, ſtatu, ut princeps adoleſcens tum ueniret ad regendum; ſi ſatis ei *uirtutis* ac *prudentiae*, tum enim, ordinum iudicio, ſatis illi *annorum*. Verum enimuero demum factum eſt; ut in aliis etiam principatibus in mores iret, ante hanc XVIII. annorum aetatem, illos non ſuſcipere. Partim ne *electoribus* alii *principes* uiderentur feliciores tempore: partim, quod aetas XVIII. annorum clientelas deceret ideoque etiam principatus quosque, imperio clientelares. Vltimum, ſed barbarum ac bardum, fuerat hoc: quod, iura *priuata* docti, principibus etiam in *maiorennitate capeſſenda*, illa opponerent darentque: *ne ante regerent rempublicam, quam uel ex* LATII *inſtituto XXV. uel* ex *Germaniae aut Saxoniae XXI. annos eſſent nati eosque exiuiſſent.* Quae commenta *puerilia* ſunt: licet hodieque teneant contaminentque noſtram rempublicam. Fateor, ſunt haec *paradoxa*, intellecta iureconſultorum nulli. Verum, cognitis ex hoc *capite* MAIORIS aetatis principiis genuinis, ueritas rei elucet clare & definite, ut dubitationis umbram non relinquat. Quae enim in A. BVLLAE COMMENTARIO ad *tit. VII. §. 3.* olim uidimus: illa nunc clariori luce perſpicimus. Idque ideo, quod nunc tractauerimus hoc argumentum non curſim cum aliisque: ſed, ex inſtituto, ſigillatim, conducto ad id omnium rerum inuidendo adparatu. Aliud eſt, oſtendere uiam; aliud frangere & perſequi.

Sed in ELECTORATIBVS *ſolis.*

§. 9.

§. 9. *Augustinus* LEYSERVS (*) uir doctus ac solers, *a consiliis curialibus domui Brunsuicensi & in Iulia antecessor*, uerbis impetit nostra, re ipsa, quod a nobis dicit, adprobat ac firmat. Nam principio illud esse uerum agnoscit: quod olim *Brunsuicenses* duces post XIIX. aetatis annum accesserint ad principatum, quod nos adfirmauimus de omnibus Germaniae principibus. Deinde comprobat id ipsum exemplis. Nam *tabulas* laudat FRIDERICI *pii;* in quibus iussit ille an. CIↃ CCCCLXXVII. ne *Henricus* nepos ante *regeret* ducatum, quam natus esset XIIX. annos. *Wann unses sones son, hertog* HENRICH ACHTEYN *iahr* ALT *geworden is, danne und nit eher willen wy ome dat regiment unser land lüde befalen.* Porro ad eandem aetatem XIIX. annorum in PACTIS respici, inter HENRICVM & WILHELMVM fratres an. CIↃ IↃ XXXV. neque ipse dissimulat. In quibus uerba haec: *si posteri principes XIIX. annos nati essent, tum demum, non uero citius, finiendam tutelam eorundem & fasces reipublicae illis dandos in manus. Wann unsere unmündige erben ihre vollkommene iahr und alter* (sed quaenam aetas dici debet plena & perfecta?) *als* ACHTZEHEN *iahr erlangen, und nicht ehe sollen der vormünder und rathe gelübde, zusage, brieff, siegel und burgschafft tod, ab, und gefallen seyn.* Praeterea ipse quoque iudicium improbat HORTLEDERI *lib. IV. de causis B. G. c. 31. n. 19. litt. b.* quasi in hoc diplomate discrimen faciendum inter *aetatem*, sufficientem ad *ineundum pactum* atque tenendum *clauum reipublicae*. Quasi tantummodo *primum* detur in anno XIIX. non *ultimum*, ubi XXV. aetatis annus omnino expectandus.

Illustris ICti LEYSERI *oppositio & oppositionis dissolutio. In* BRVNSVICENSIBVS *ducibus,* MAIORIBVS, *anno* XIIX. *An.* 1477.

An. 1535.

Hortlederi *discrimen inane.*

(*) Dissert. *de feudis Brunsuicensibus*, quam, illo praeside, habuit *Sylu. Frid.* WISMANNVS, Helmstadii CIↃ IↃ CCXX. Quod thema utrumque auctorem, ob rerum iuriumque uariorum adparatum egregium commendat maximopere mereturque in exemplum proponi, ne, millies dicta repetendo, ut hodie fit, charta & otium perdatur in his problematibus academicis.

Sed hinc intelligit uir doctus, quam se huc & illuc torqueant iureconsulti in deferendo iure Latii; si lumine careant, quod nos dedimus, in definienda *legitima* principum *uasallorum* aetate. Tum etiam in eo sentit nobiscum iureconsultus; quod in nouissimis temporibus iura Latii expunxerint terminum *aetatis maioris* XIIX. annorum protulerintque eundem, integro *septennio*, ulterius ad XXV. annorum periodum. Demum quoque recte ad nostramque mentem decidit causam; quod cum ignorantia *patrii iuris* produxerit annos; ideoque uitio necquicquam uertendum Brunsuicensi duci, si ille, neglecto XXV. annorum erroneo spatio, *septem* annis ante clauum arripiat sibique adserat XIIX. anno aetatis gubernacula reipublicae. Quid uero est demum, quod *iureconsultus* nostrae sententiae obmouet? Principio, ait, altioris indaginis esse sententiam: *omnes Germaniae principes post annum aetatis XIIX.* ante iuris Romani receptum, *fuisse maiorennes.* Repono, satis rem inuestigatam nunc; si loquantur *iura clientelaria* hanc aetatem comprobentque eandem principum Germaniae, qua imperii uasallorum, exempla. Conducenda maiori numero, siquidem otium esset, uagari per *principis Germaniae* historiam. Deinde esse tamen *Saxones* ab hoc aetatis *maioris* limite alienos; quibus XXI. anni definiti. Verum quo instituto *Saxones* hic utantur, diximus in *cap. III.* praecedenti. Tetigerat uero haec lex non *principes;* uerum *subditos* Saxoniae tantum. De *primis* autem nobis fuerat sermo, non de *ultimis.* Imo ineptos esse iureconsultos Saxonicos; quod hodie misceant utrumque & circulos turbent; illud quidem dicendum docendumque *capite* sequenti deinceps. In *tertio* iureconsultus offuciis utitur manifesti sophismatis. Adfirmare; indignum esse principibus imperii, eos adligari ad *iura Latii priuata* cum plebe;

[Margin: REPOSITIO *ad* dubium primum.]

[Margin: *ad* alterum.]

[Margin: *ad* tertium.]

plebe ac ſubditis: hoc idem eſſe, quam credere; indignum illis fore, eodem *coelo tegi;* regi *numine;* ſeruatore; ſacris iisdem; gaudere cum plebe ac ſubditis ſuis coelitum *ſede* eadem, cetera. Pigeat uirum doctum, probum & ſincerum: *miſcere diuina humanis; dei & naturae decreta cum inanis cerebri partu.* In ultima certe claſſe *leges Romanae*, in *pubertatis* & finiendae *tutelae* argumento, ſtupidae & inſipidae. Vt ſupra probauimus. Pudeat igitur principes earundem hic omnino: ne uel ex ore *pubis animi* robur aeſtiment; uel *ſapere* incipiant iuſto *ſerius*, demum XXV. aetatis anno. Eſt hoc grande peccatum inter parum & nimium: quod ratio exprobrat exſibilatque gentium communis quidam concentus, id eſt, ipſa NATVRAE VOX.

§. 10. Licet autem conſtet ex illis, quae hactenus dicta; quare *plena aetas uaſallorum* cuiuscunque ſortis, ſiue *militaris* ſiue *curialis*, fuerit XIIX. annus: eſt tamen non minus dicendum & indagandum, quare *Germaniae emporia* quaedam hunc eundem terminum fuerint ſecutae; ut anno XIIX. pariter incolae *ſuae tutelae* relinquerentur initiarenturque tum ciues, inſcriptione in *leucoma* ſiue *lexiarchicum*. Forte aliquid hic eſt datum *commerciis: mercaturae: opificiis*, militiae togatae, ut haec eo citius exercere liceret adoleſcentibus, poſitis tyrociniis. In ſtatutis HAMBVRGENSIBVS, cum uetuſtioribus, tum recentiſſimis, illud habetur definite: *ut plenae aetatis ſuaeque tutelae adoleſcentes ſint* XIIX. *annos nati.* Exemplum *uetuſti* CODICIS, cum *gloſſa*, in uetuſtiori Saxonica lingua deſcriptum atque INEDITVM adhuc poſſident muſae meae. Ita autem in *tit. van vormunderen §. 3.* legitur: *Noch* FRVWE, *noch* MANNES *hæuethbenedden* XIIX. *iharen ſchel ſake vorderen vor gericht; noch antwerden; noch guet uplaten; effte geuen, ſunder vormund.* Vnde ſatis intelligitur ex aduerſo: *annos* XIIX.

MAIORENNITAS *militaris* XIIX. *annorum probatam.* EMPORIIS Germaniae.

a) HAMBVRGO.

natum posse agere in iudicio ac respondere; imo alienare & acquirere sine tutoris uel curatoris auctoritate. Idem habetur *in dem* HAMBVRG. *landrecht artic.* 43. his uerbis: *Tho* ACHTEIN *iharen syn kinder* MVNDIG; *ehr goth tho verwarende und dat wedder tho eschende. Doch soll solches von* MANNLICHEN *erven verstanden werden.* Nam mulieres sub tutela uel cura suorum maritorum aliorumque agunt perpetuo. Aliter paulo, ob Latii peregrini iura admixta, *in den* HAMBVRGL. STATTRECHT *part. III. tit. 6. art. 21. Alle vormünder, so unmündiger kinder gesetzt oder geordnet; die bleiben in verwaltung solcher vormundschafft biß die pflegkinder ihr mündig alter: das ist die* KNABEN *XIV. iahre und die* MAEDLEIN *XII. iahre völliglich erlanget haben. Und, nach ausgang dieser zeit, sollen die vormünder deroselben ihrer pflegkinder curatores oder vorsorger seyn, biß die* KNABEN *XVIII. iahre ihres alters erfüllet haben. Als dann dieselbe der curatoren und vormundschafft allerdings erlediget. Ihre person und güter in und ausserhalb gerichtes selbst regieren und vertretten mögen. Aber die frauen können keine sache fordern für gerecht noch gut aufflössen oder geben ohne vormund. Dahero derselben curation und vormundschafft eher nicht, dann dieselbe in die ehe bestattet, geendiget wird. Alsdann, wie obstehet, der mann ihr rechter vormund ist. Und mag der biß dahin gewesener vormund und curator, nach gethaner schlußrechnung, die vormundschafft und curation gentzlich abtretten.* Patrium est: quod eadem aetas definita tam maribus, quam foeminis. Nisi quod ultimae agant sub perpetua tutela. Sed peregrina Latii instituta sunt: quod in *pubertatis* termino *masculi differant* a foemellis: quod his detur XII. aetatis annus ad *nubendum*, ex moribus Latii, ad *libidinem* proiecti, a quibus Germanorum clima; uirtus; natura omni tempore abhorruit: quod statuatur discrimen inter *tutelam* & *curam*, nulli gentium agnitum, praeter Romanos: quod *mulieres* sub *perpetua curatela* & quae alia generis eiusdem. Docetur hoc specimine: quanta utriusque iuris

iuris perturbatio & quam pessime tum iurisprudentia cohaereat.

§. 11. Concinunt his BREMENSIA STATVTA *part. II. tit. 12.* uerbis, quae sequuntur: *De* VORMVNDER, *de korne met de gebohrnen, schællen vormunde bliven, den* IVNGFROWEN *wenthe se tho* VOEFTEIN *iahren kamen und den* KNECHTEN *tho* ACHTEIN *iahren.* Addit GLOSSATOR, quem possidemus in MSCTO: *Die Kayserl. beschriebene rechte behalten die, vormünder biß XXV, die Sachsen biß XXI. nullo inter tutores & curatores discrimine. Nach* BREMISCHEN *recht aber bleiben die vormünder den* IVNGFRAVEN *biß zu dem XV. den* IVNGGESELLEN *biß zu dem XIIX. iahr. Hie fælt sehr bedencklich, warum die erstere ehender befreyet werden, als die leztere? Idem in iure Latii XII. & XIV. annorum discrimen. Da doch ia es dem mænnlichen, wie dem weiblichen geschlecht am verstand mangelt? Ia das mænnliche dem weiblichen an verstand vorgehet. Antwort. Die weibspersonen werden in ihrem geschlecht und weiblichen verrichtungen eher verstændig; als die mannspersonen. Sed nunc tale statutum, annos contrahens, instar ueniae aetatis, ualet? Respondetur ualet. Nam & populus & magistratus dant ueniam aetatis*: Non melior est hic GLOSSATOR BREMENSIS, SAXONE: nam uterque rerum patriae prorsus ignarus est, stupidus ubique & bardus. Habuerat enim ciuitas & ditio *Bremensis,* uti in Germania alibi, nullum inter tutelam & curam discrimen. Neque nuptiae festinatae ante XVIII. aetatis annum. Vbi autem *maiorennitas* non ita *lenta,* uti in Latio, sed breuior *septem* annis; ibi locus nullus ueniae aetatis aut principali indulgentiae. Cum etiam in *foeminarum maiori* aetate non agatur de mundo, ornatu aut otio muliebri siue de colu & fuso, uerum de robore animi prudentis, se suaque regere: stultissimum est, *pueras* ante, quam *pueros* liberare tutela uel cura. Nisi foeminam submiseris, uti Hamburgenses faciunt, perpetuae tutelae. Atque tum de *aetate nubili* quaestio: quam nostri mores foeminis citius indulgent ac maribus. Quod non

BREMENSIA *statuta* MSCTA *finientia* XIIX. *anno tutelam.*

non ferendum aegre. Licet utrobique in ueteri Germania, quod ſupra oſtenſum, paſſus iidem.

NORIBERGENSIBVS maior XVIII. annorum aetas.

§. 12. Moribus patriae antiquis ſtat porro hodieque reſpublica NORIBERGENSIS, ubi pariter aetas XIIX. uel XX. annorum habetur pro MAIORI. *Ioh. Hieron.* WVRFBAIN in *diſſ. iuris ciuilis & Norici claſſ. 1. membr. 1. th. 29. p. 39. Noſtris moribus hodie receptum* (imo uſitatum olim); *ut non XIV. ſed XVIII. uel XX. aetatis anno tutela finiatur iidem curatores ſint qui & tutores.* Clare ac definite REFORMATIO NORICA *tit.* XXXIX, *lege* XI. *So unmündigen kindern vormünder geſetzet, die bleiben, biſs die pflegkinder, nehmlich die knaben* XIV. *iahr und die maidlein* XII. *iahr vællig erlangt haben. Nach ausgang derſelben zeit, ſollen ſie curatores und vorſorger ſeyn. Biſs die pflegkinder* XVIII, *iahr ihres alters erfüllt haben.* Cum uero XVIII. annus etiam repetatur in *lege 1. tit. 39.* non uideo, quare in numeris uariet Wurfbeinius. Licet enim in quibusdam forte cauſis ille annus requiratur: eſt tamen ideo a lege non diſcedendum. Ceterum quilibet facile intelligit hinc, ultima patria eſſe, prima legislatorem, dicis gratia, deſumpſiſſe ex Latii offuciis.

MAIORENNITATIS *termini* VAGI

§. 13. Iure LVBECENSI, miror, ius ciuile eſſe receptum in XXV. annorum definita aetate *maioribus lib. I. tit VII. artic. 6.* atque ſic a moribus patriae fuiſſe diſceſſum. Vellem indicauiſſet MEVIVS, quo tempore hoc factum. Nam in hac ciuitate olim uel XVIII. uel XXI. annis adoleſcentes *maiores* factos, nullus dubito. Sed ille hic & alibi mutus eſt, ubi patriae priſtina inſtituta indaganda & deducenda e prima origine ac uetuſtate.

1) uirtus. 2) matrimonium. 3) oeconomia.

§. 14. Illud enim omnino eſt in oculis animisque hic circumferendum & attente conſiderandum; quod *maiorem* apud Germanos nunc *uirtus* fecerit; iterumque *annorum numeri.* Hinc in SVEVIAE atque FRANCONIAE legibus hodieque ita cautum legitur; *ut praetoris officium ſit hoc;*

hoc; aestimare mores pupilli ac minoris, utrum dici mereatur MAIOR *suaeque tutelae relinqui.* Concinunt hic statuta prouincialia plura; quorum aliqua recitabo. In TRIBVNALI FRANCONIAE, *dem Fraenck. landgericht zu Würzburg part. III. tit. 3.* uerba legis sunt haec; *Dann auch disponiret, daß die vormundschafft, so lang es die nothdurfft der minderiährigen erfordert, waehren, und die zeit, wann dieselbe der pflegschafft zu erlassen, bey uns iederzeit geordneten* LANDRICHTERS *oder* BEAMMTENS GVTACHTEN *stehen solle. Welche dann die personen und ursachen in acht zunehmen und ob der minderiährige der pfleg zu erlassen oder dieselbe ferner zu confirmiren, deroselben beschaffenheit nach, sich zu resoluiren wissen. Dabey es dann auch nachmahlen gelassen wird. Ob auch wohl die* VERHEVRATHVNG *eine ursache zu endigender treusträgerschafft zu halten: Wenn sie aber nicht gnung verständig, solle dieses allein nicht genug seyn.* Idem etiam iure WVRTENBERGICO cauetur *in der landsordnung tit. 44.* uerbis amplioribus: *Wenn aber die pfleg-und vormundschafft der iungen ihr endschafft haben solle: das mægen unsere amtleute und gerichte ieder stadt und flecken, nach gelegenheit und verstand der iungen, ihrem gutansehen nach, zum besten erkennen. Da sie XXV. iahre erreicht oder sonst zu gebührlicher* VERHEVRATHVNG *und eigener* HAVSHALTVNG *kommen oder in andere wege zur verwaltung* TAVGLICH *befunden worden.* Quatuor igitur ex causis aliquis potest adpellari maior. Primo ab annorum *numero;* deinde ob contractum *matrimonium;* post propriam *oeconomiam;* demum mores probatos *prudentia* & uirtute. In PALATINA BIPONTINA domo pariter mentio fit termini Romani XXV. annorum: subiunguntur tamen causae aliae quoque, *matrimonium* aut *oeconomia* pecularis. ZWEYBRÜCK. *landsordn. tit. 72.* Taedet, laudare ac conducere constitutiones plures. Cum ex illis, quae hactenus enarrauimus, facile sit

Iure FRANCONIAE.

WVRTENBERGICO *Sueuiae.*

PALATINO

ad iudicium ferendum in centum aliis. Vel enim GERMANICA vel LONGOBARDICA iura in uſu; uel, utroque depreſſo, ROMANVM regnat; uel ex utroque facta coniunctio & COMMIXTIO, imo perturbatio immanis. Ex his IVRIVM DIFFERENTIIS euoluenda, explicanda, reducendaque omnia in ordinem ac uiam.

CAP. V.

Hiſtoria IVRIS PVBLICI in MAIORI aetate finiendaque *tutela* ac *cura* cum PRINCIPVM S. R. I. tum ipſius IMPERATORIS auguſtiſſimi.

PRINCIPES *S.R.I. maiores* VIRTVS *reddit non* annorum *numeri.*

STomachum mihi iureconſulti mouere ſolent: ſi in principum definienda aetate, regendo principatui apta, audent menſuram requirere ex iure *poſitiuo* priuato, eoque uel *patrio* uel *peregrino* Latii. Ita enim fit, ut, errore intolerabili, cogant principes; perſeuerare ſub *tutela* ad annum XXI. aut XXV. & eousque ſubditis imperioque carere iuſto quidem diutius. In his enim tenebris uerſantur omnes publici iuris interpretes: *ſi prouincia iure* ROMANO *uiuat, ante XXV. ſi* SAXONICO, *ante XXI. aetatis annum principi uiam non aperiendam ad tractandum gubernacula reipublicae.* Solis ELECTORIBVS hoc indultum eſſe a Carolo IV. in A. BVLLÆ *tit. VII. §. 3.* ut clauum teneant in archiprincipatibus annos XVIII. nati. His glaucomatibus obducti oculi omnium, magna cum iniuria ac damno principum imperii: ut opus non ſit, nominatim eos uocando, atram bilem mouere, irritare crabrones & excitare inuidiam aduerſus iuſtitiam & ueritatem. Etenim cum huic errori locus factus etiam in tribunalibus; conuellamus illum cum rationibus, huic argumento idoneis &, ſi fieri poteſt, ad priſtinos mores, errantem in his numeris Germaniam reducemus.

§. 2.

§. 2. Illud uerum eſt; olim PRINCIPIBVS S. R. I. nullum *aetatis limitem* ſigillatim definitum, quem illi ante conſequerentur, quam ſuſciperent faſces ſui principatus. Nam uſi fuerant, in hac ſparta adeunda, decretis *naturae*: ut tum regnare inciperent, cum in illis adpareret *prudentia* & *uirtus*. Haec autem, cum in pueris principibus nunc *citius* ſe oſtenderet, iterumque *ſerius*: ideo eorundem alii in breui aetate ad regendum admiſſi; alii nonniſi in longiori. Vt exempla non deſint; quod alii XV. alii XVI. iterumque alii XVIII. aetatis anno *regimen* demum ſuſceperint. Sed auget tamen rei huius caliginem illud, quod Germaniae principum *natales* olim hiſtoricis proditi perraro: ut adeo de aetate candidatorum *principalium* nequeat iudicari. Mihi nunc otium non eſt, uagari ideo per *Germaniam principem* in eaque aetatis annum indagare, quo ſucceſſerint omnes ad auitos principatus. Delibabo tamen exempla aliqua in hoc grandi *perſonarum principalium* theatro. Segetem maiorem illis polliceor, qui infixerint diutius in hac indagatione animos. Certiſſimos interim eſſe uolo: *Germaniae principes nulli aetati adſtrictos quondam fuiſſe; ſed tum ad imperii gubernacula ſuſcipienda admiſſos eſſe, cum, ordinum prouincialium iudicio, adoleſcentibus ſatis prudentiae & uirtutis eſſet, ad regendam rempublicam.* Atque hoc in alio citius; in alio ſerius; nulli autem poſt XVIII. aetatis annum eueniſſe.

HISTORIA *teſtis; ſed raro, quod ueterum* NATALES *ignoti.*

§. 3. Ex hiſtoria AVSTRIACA in exemplum proponemus SIGISMVNDVM *Auſtriae ducem*, natum anno CIↃ CCCCXXVII. qui patre anno CIↃ CCCCXXXIX. mortuo, *Auſtriae* heres factus XII. annorum puer. Hinc uaria, ſuper TVTORE dando, inter ordines diſſidia & motus inteſtini; demum hac *lege* & pace compoſiti: *ut Fridericus agnatus pueri ducis tutor eſſet, ſed non diutius quadriennio, ut adeo pupillus poſt annum XVI. aetatis prin-*

AVSTRIAE *duces XVI. anno* MAIORES. *An. Chr.* 1443. *exemplo* SIGISMVNDI.

cipale regimen ipſe adiret finireturque ſic tutela. Plenius recenſebitur hiſtoria in margine, uerbis *Ioan. Iacobi* FVGGERI (†), ſcriptoris illuſtris ac domeſtici. Hinc plura poſſunt intelligi, coniici, probari. *Principio* in hac controuerſia nemo prouocauit ad LEGEM imperii TVTELAREM, quo aetatis anno illa finienda & clauus reipublicae dandus principali pupillo. *Imo,* cum agnatus hic non difficilis fuerit ad conſentiendum ac ſubſcribendum pactis de finienda tutela poſt annum XVI. aetatis pupilli; eſt omnino opinabile, legem poſitiuam nullam tum ſuperfuiſſe, ad quam lis poſſet exigi. *Praeterea* negotium tutelare *ordinum* Auſtriae tum eſſe uidebatur; non *Caeſaris;* claro argumento, penes illos fuiſſe principem adpellare, ob maturitatem iudicii, MAIOREM. Eodem fere tempore LADISLAVS annos XII. natus ad *Hungariae* & *Bohemiae* regna & Auſtriae ducatum uocatus eſt an. CIↃCCCCLII. Equidem non neſcio turbas, ſtudia, contentiones, diſſidia ac bella de huius principis aetate MAIORI, idonea ad rempublicam gubernandam; neque illud diſſimulo, plus hic regnis *Hungariae* & *Bohemiae* datum, quam *Auſtriacis* ditionibus, quae ideo pupillo debuerant parere, ne princeps, *regno* habilis, minus ſufficere uideretur *ducatui* adminiſtrando: uerum enimuero, uti non reperi, eo tempore uel *imperatorem* FRIDERICVM V. uel alium ullum ad *legem* & *annum tutelarem* prouocauiſſe, qui in adrogando ſibi principatu eſſet

An. 1452. LADISLAI *in aetatis XIII. anno.*

(†) Verba *I. Iac.* FVGGERI *lib. IV. Auſtr. ſpec. c.* 13. *p.* 504. ſunt quidem haec: *Die* STAENDE *in Tirol batten, nach dem tod berzog* FRIDERICHS 1439. *einen* LANDTAG *nach Insbruck angeſetzet und daſelbſt beſchloſſen dem iungen bertzog* SIGISMVNDEN (nato 1427) *einen* VORMVND *zu verordnen und das land, biß er ſeine völlige iahre erreichen würde, durch eingebohrne des* ADELS *zu regieren. Hertzog* FRIDERICH *war, als* AELTESTER *fürſt, zum* GERHABEN *erkohren, und ihm gehuldiget. Er mußte aber den ſtænden eine verſchreibung geben, daß dieſe vormundſchafft nur IV. iahre* (ut aetas pupilli eſſet XVI. annorum) *wahren ſollte.* Datum *Halle im innthal* 1439. Paria habent ſcriptores Auſtriaci alii, quos in *Germania principe* recenſuimus plene ac integre.

ex-

expectandus; ita licet certo esse, tum *principes* ac *duces* VIRTVTEM MAIORES fecisse, non annorum numeros. Testes, compendii ergo, *in infima cera* audiemus, ore & calamo, illis proprio (††).

§. 4. In SVEVIÆ ducatu historia iuris tutelaris est tragica admodum. Nam mortuo an. CIↃ CCLXXXIX. RVDOLFO, Sueuiae duce, superstitis filii IOHANNIS, eodem anno editi in lucem, *tutor* fuit patruus ALBERTVS I. imperator. Is cum iusto diutius, id est, ultra XVIII. aetatis annum tutelam continuare uellet: furore correptus pupillus, ut patruum, tutorem, imperatorem suum occideret ferro anno CIↃCCCVIII. Historiam enarrabunt historici in infima cera (†*). Vnde iterum plura nobis discenda & intelligenda. *Principio* ad nullam *legem tutelarem* aut definitam aetatem prouocauisse IOHANNEM principem adolescentem, quare sibi posset nunc adrogare *Sueuiae* regimen aduersus tutorem: sed uniuersim tantummodo rogauisse tutelae finem ideo,

SVEVIAE *duces incerto tempore* MAIORES *an.* 1308.

(††) Narratio annalium est haec: *Anno* 1452. *die* 10. *sept.* LADISLAVS, *puer duodecennis, ordinum iudicio, ob egregiam indolem adpellatur* MAIOR *suscipitque regimen* AVSTRIACARVM *prouinciarum. Austriacorum exemplum sequuntur* HVNGARIAE. *&* BOHEMIAE *regna admonentque puerum ad clauum utriusque reipublicae.* Plura FVGGERVS *lib.* *V. c.* 8. §. 9. 10. 11. atque *c.* 10. pluresque alii in Austriacis.

(†*) Habent quidem de huius caedis caussa iudicia diuersa scriptores. Putant aliqui; ALBERTVM *tutorem* recusauisse SVEVIAM pupillo IOANNI ideo, quod ipse eam adpeteret cogitaretque ideo de insidiis adolescenti struendis. Sed quis credat, ALBERTVM agere uoluisse parricidam nepotis ex fratre, pupilli, familiaris? MAIORENNITAS casum attulerat, tum quidem principibus non definita; sed tamen ultra XVIII. aetatis annum non differenda. Loquatur domesticus Austriae scriptor *Gerardus de* ROO, qui *lib. II. p.* 77. tragoediam his uerbis describit: IOANNES TVTELAE *iam annos egressus sibi uidebatur. Itaque & ipse aliquoties & per alios paternae hereditatis ditiones sibi tradi flagitabat. Patruus neque negatum iri, simul ac ad aetatem eamque* VITAE *frugem peruenisset, ut suis praeesse cum dignitate posset. Nunc uero in ea aetate* (XIIX. annum fuerat egressus) *idesse ingenium, eos mores, qui* RECTORES *adhuc indigerent. Hanc repulsam male admodum concoquebat, imperandi adpetitu aeger adolescens: trucidat cum adseclis* TVTOREM *morosum.* Concinunt scriptores alii plures uetustioris & recentioris aeui ad annum CIↃCCCVIII. *Albertus* ARGENTORATENSIS; VECERIVS; TRITHEMIVS; GVILLIMANNVS; FVGGERVS; AVENTINVS alii innumeri.

 quod

quod *auitae prouinciae* regendae ſufficere iam uideretur cum ſibi, tum ſubditis. *Deinde* tutor imperator rogatori non repoſuit aliud; quam hoc, ſatis mature, ſi bene ſatis accederet ad principatum. Igitur e re fore, corporis ac animi robur ac uires ante experiri expeditione militari: ut, armorum uſu ante inclareſceret, quam ſuſciperet ſubditorum regimen. Confici lis acerrima facile potuiſſet *lege tutelari*, id eſt, anni certo numero definito, ſi quidem ille tum ſtabilis ac iure ſtatutus fuiſſet.

ANHALDINAE *domus augustae aetas* MAIOR.

§. 5. De ANHALDINA, uniuerſae Germaniae uetuſtiſſima auguſtiſſimaque domo, eſt concors teſtium ac iureconſultorum fides: *principes huius familiae* XVIII. aetatis anno fieri MAIORES. Id eſt, habiles ad ſuſcipiendum principatum. Concinunt ea in re SPRENGERVS *de iurisp. publ. p. 427.* LIMNAEVS *ad AB. tit. §. 2.* STRYKIVS *in vſu pandect. lib. IV. tit. 4. §. 3.* ENGELBRECHT *ad lib. XXVI. Pandect. tit. 10. §. 23.* & forte plures alii. Quamuis autem dubium omnino ſit, quae cauſa mouerit iureconſultos, ad ita ſentiendum: nos tamen ſumus certiſſimi, ueterrima ANHALDINORVM principum exempla praeluxiſſe in hoc argumento eorumque occupauiſſe oculos, ut *priuilegio* tribuerint; quod tamen pertinet ad *publici* in Germania *iuris* uetuſtiſſimas reliquias. Quod magis eſt, in eo laudandi curiae ANHALDINAE adminiſtri, quod in *principum tutela* finienda, intellexerint inter *dominum* ac *ſubditos*; *principem* ac *ciues* diſcrimina noluerintque ultimorum MAIORENNITATEM cum primis permiſcere ac perturbare. Rerum in eo gnari, quod *ciues* ob *annorum* numeros; *principes* ob *uirtutem* ſolam ſuae tutelae relinquendi atque admittendi ad principatus auiti regimen. Mallem, *Anhaldinos* hiſtoricos curatiores fuiſſe in hoc argumento. Verum quis requiſiuerit definitionem iurium a *theologis* aut *medicis*, qui hanc ſpar-

ſpartam in *Anhaldinis* occupauerunt. Noſtro inſtituto ſatis erit, quorundam tantummodo exemplorum commemoratio: plurium enim cumulos conducent facile alii, noſtro lumine perfuſi. Vti uero ANHALDINA domus MARCHIAE quondam & SAXONIAE domina: ſic plures nobis ſcenae patent, unde requirenda tutelaria inſtituta. Anno 1221. obierat ALBERTVS, dux BRANDEBVRGICVS, *urſi* nepos: duobus filiis relictis IOHANNE & OTTONE, impuberibus aut, quemadmodum formula eius aeui ſe habet, *infra annos* (*minderiährig*) exiſtentibus. Requirebatur, quis eorundem TVTOR? Imperator FRIDERICVS II. *tutelam* eorundem ideo demandauit *Alberto* MAGDEBVRGICO antiſtiti, quod huic ſpem dediſſet ſuceſſionis, his pupillis extinctis. Patrio iure dicimus *expectatiuam, anwartung; aperturam, angeuelle.* Aegre hoc tulerat cum MATER pupillorum, ob *maternae* tutelae in Germanico iure fauorem: tum agnatus, *patruelis*, HENRICVS, *Anhaldinae* domus conditor, ob *legitimae* tutelae iura manifeſta. Redimit *litem* hanc MATER ab archiepiſcopo 1900. marcis auri an. 1221. ſolutis. AGNATVS *Henricus Anhaldinus* ſe pariter dixit ſcripſitque TVTOREM MARCHIAE BRANDEBVRGICAE horumque pupillorum. Sed quo tempore finita tutela? illud omnino requires. Annum ſigillatim nemo definiet, cum conſtet de neutrius aetate. Verum anno 1229. utrique bellum intulerunt *Magdeburgico* archiepiſcopo, ſuſcepto haud dubie iam *Marchiae* clauo. Verum nihilominus utrumque PVERI uerbo compellat archiepiſcopus *Magdeburgicus.* Cuius ſententiam prodit autor chronici MAGDEBVRGICI apud MEIBOMIVM *tom. II. p. 330.* qui ita ſcribit: *adhortantibus archiepiſcopum miniſterialibus, ut ciuitatem* (Brandenburg) *caperet & poſſideret, reſpondit paterna uoce:* uaſalli noſtri ſunt & adhuc PVERI ſunt *& eorum deſtructionem nolumus. Quia adhuc eccleſiae noſtrae ſeruire &, ſi quid*

An. 1221. IOHANNES, OTTO *Brandenburgici.*

quid fecerunt, poterunt emendare. Habes itaque in Anhaldina domo MAIORES siue *maiorennes* principes, in *pueritia*, a qua longe abest iuuentus Latii. Debemus historiam & monumenta, huc facientia, doctissimo BECKMANNO *part. IV. cap. 4. §. 3.* sed quam peruersum illius de his iuribus sit iudicium, ex infima cera constabit (a). Lapsus enim *theologi* in patrio iure notare, ratio exigit: sed exprobrare, prohibet aequum & bonum.

WOLFGANGI pii an. 1508. Succedat exemplum aeui recentioris in principe ANHALDINO WOLFGANGO, qui anno 1492. editus in lucem, post

(a) Multa sunt, quae merentur in *Bekmanniana* narratione lumen, notam, censuram. I. Fallit ille, quod perhibet, Magdeburgicum antistitem marchionum, pupillorum, non *tutorem* fuisse; sed *protectorem.* Quoniam *tutelae* iura illi obuenerunt ceu *expectatiuario*; dum antistes factus fuerat *marchio speratus.* II. Fallit, dum docet, *tutorem* dare, non Caesaris tum fuisse; sed *ordinum comitialium.* Nam imperator, consensu ordinum, archiepiscopo dedit *expectatiuam, das angefälle oder die anwartung:* unde prouenienbat, nexu firmissimo, ius *tutelare* in regione *sperata, darauf er expectiniret war.* Hinc patet, uerum esse, quod nos in *Germania principe* adfirmauimus: olim prouincias Germaniae non *imperatori* apertas; sed *imperio*; neque huius fuisse, uel eadem uel *expectatiuam* eorundem largiri, nisi cum ordinum consensu. III. Fallit, perhibendo, imperatorem iniuriam fecisse pupillis, ob inimicitiam cum eorundem parente. Nam iure suo imperiique usus est, indulgendo *expectatiuam* in principatum, casui proximum, *der auf dem falle und vier augen stunde.* IV. Fallit, dum in *eligendo* Caesare & commendando seu *praesentando* nescit distinguere. Cum *primum* populi fuerit; *alterum* nonnisi S. R. I. archiprincipum. V. Neque illius attendenda diuinatio, pupillos, mortuo patre, XV. annos natos fuisse, quoniam pater anno 1205. contraxerit matrimonium. Quis enim uterum ei prodidit adeo foecundum matris quod primo statim anno pepererit gemellos? Sane cum aeui illius scriptores omnes adfirment; *utrumque pupillum puerum aut admodum iuuenem accessisse ad Marchiae gubernaculum:* admodum credibile est, illos tum adolescentiae annos non egressos fuisse aut attigisse patrii iuris limites, aetati *maiorum*, subditorum, XXI. annis definitos. Est enim in toto libro Bekmannus totus in eo; non ante principi Anhaldino indulgendum regimen, quam anno aetatis XXI. id est, eo, qui subditos decet. Quod tamen existimo, coniunctum esse cum maxima principum iniuria. VI. Est illa inferioris aeui uox & significatus, quo *fratris* aut *patrui* filii ac posteri audiunt *nepotes, neffen,* quasi familiae gentilitiae *nouelli.* Quo sensu hodieque notamus *nepotismum Romanum* pontificis summi. Causa est haec: quoniam in Germaniae oris eadem gente oriundi, egerant quasi in una domo familiaque, ut iuniores in lineis omnes audirent ideo nepotes.

deci-

decimum sextum aetatis annum suscepit principatus gubernacula, inde a morte patris, anno 1508. Ipse BECKMANNVS testis *part. V. lib. II. c. 12. §. 3.* Anno 1508. *hatt er nach ableiben des herrn vaters sich der regierung seines fürstl. erbtheils angenommen. Auch darauf 1509. der statt Sandersleben priuilegia confirmiret und 1510. die statt Zerbst sich huldigen lassen.* In historia tutelari SIGISMVNDI principis quinque filiorum, *Wolodomari; Iohannis III. Sigismundi II. Alberti VI. & Georgii I.* non eripit scrupulos, sed mouet BEKMANNVS *part. V. lib. 2. c. 8. §. 3.* Dicit quidem; mortuo parente anno 1405. maiorem natu WOLODOMARVM aetatem habuisse XVI. annorum, cuius agnatus ALBERTVS III. sibi arrogauerit *Seruestam* sub tegumento *tutelae* legitimae; sed postea iure SENIORATVS, in Anhaldinis principibus solennissimi. Porro documentum profert *anni* 1413. ubi formula pupillaris reperiatur adhuc: *Wir V. fürsten in* Anhald *geloben unserm lieben vettirn, fürsten* Albrecht, *welcher unsir, die noch* CZV IHREN FVLKOMMEN TAGEN NICHT KOMMEN *sint, das die, so schire sie* CZV IHREN TAGEN *kommen werden, die vortrunge und verlassunge in gericht stetigen und thun sollen. So daß dieser brief damit unvernichtiget und by seiner macht und cräffte blibe. Gegeben 1413.* Biennio post in pacto, cum Magdeburgico antistite inito, *uerba pupillaria* porro non reperiuntur. Verum quod *Beckmannus* indicare nesciat diem natalem horum principum, non licet aliquid in tutelaribus limitibus definire. Certissimi tamen sumus: ante iuris Romani receptum & cultum in Germania, studio & superstitione administrorum, Anhaldinos eodem cum aliis S. R. I. principibus iure uixisse: *quod illos* VIRTVS *agnouerit* MAIORES; non annorum numeri, subditis ac ciuibus anno aetatis XXI. statuti. Rexisse igitur eosdem principatum nunc XVI. iterumque XVII. aut XVIII. annos natos. Vltra hunc enim aetatis terminum olim

WOLODOMARI & *fratrum an.* 1405.

M nefas

nefas fuerat, principi ANHALDINO, nisi causa admodum singularis, reipublicae clauum negare. Verum postea, ex causa indicata *cap. IV. §. 9.* eorundem administros legem sibi dixisse *Saxonicam* aut *Magdeburgicam* ciuilem. Quorsum exempla pertinent principum eorum, qui in duobus seculis nouissimis ad annum usque XXI. aetatis egerunt sub tutela & cura maiorum. Cum uero commixtio iurium publici & ciuilis hunc partum excluserit: dubium omnino, utrum a posteris haberi & agnosci deinceps debeat pro legitimo?

BOIOARIAE *duces &* ARCHIPALATINI XIIX. *anno* MAIORES.

§. 6. Ducum BOIOARIAE & ex eadem causa ARCHIPALATINORVM mentio est facta superius *cap. III. §. 26.* Scilicet etiam *subditis* ibi uasallis licuit esse anno XVIII. aetatis omnino maioribus: ut de PRINCIPIBVS ipsis noluerit SCHMIDIVS, cancellarius & interpres iuris Boici purpuratus, dubitare. Verum licet iureconsultus in eo recte iudicet; quod clauus reipublicae anno aetatis XVIII. non potuerit Boioariae ducibus negari: hoc tamen nondum est proditum; utrum principes Boioariae oportuerit hanc aetatem expectare semper; si VIRTVS eos citius agnouisset MAIORES. Quod omnino iuerim inficias: cum quod LEX OCTODECENNALIS uasallis ac subditis Boioariae sit dicta, non principibus ipsis; tum quod exempla in Boioariae principum & archipalatinorum historia supersint, ubi in MAIORI aetate VIRTVS in oculis habita, non calculi annorum; imo hodieque, cum MAIOR aetas in subditis ad annum usque XXI. aetatis prolata, illud PRINCIPES non obliget, etiamsi illi non essent in classe *archiprincipum electorum.*

PALATINOS XIIX. *&* XX. *annis* MAIORES.

§. 7. Sed quid de *domo Archipalatina sigillatim* dicendum in argumento tutelari? Extat constitutio RVPERTI *senioris archipalatini electoris Heidelbergae* anno CIↃCCCXCV. concepta: in qua discrimen habetur in hac augusta domo inter ELECTORES atque *palatinos simplices.*

In

In illis AB. legem obſeruandam OCTODECENNALEM; in ultimis uero XX. annum expectandum principi in ſuſcipiendo regimine. Verba ſunt haec; *Setzen wir, der unſer herrſchafft, die Pfalz, auch Bairen nit regieren ſolle von eigener gewalt, als lang er unter ſinnen XX. iahren iſt. Uſsgenommen doch, ſo man einen Ræmiſchen* KÖNIG WÆHLEN *ſöllte, ſo mag er alsdann wählen, wiewohl er unter XX. iahre. Als ihme das, von unſers churfürſtenthums wegen, zugehæbret.* Diploma integrum exhibemus in infima margine (b). Verum enimuero haec ipſa noſtram ſenten-

(b) SENATVSCONSVLTVM ARCHIPALATINVM Heidelbergae CIↃ CCC XCV. editum eſt quidem hoc: *Wir* RVPRECHT der eltter *von GOttes gnaden* PFALTZGRAFF by RINE, *des heyligen Römiſchen richs obriſter* TRVCHSASSE *und herzog zu* BEIRN: *Und wir* RVPRECHT *der* iünger, *ſin ſohne, von denſelben gnaden* PFALTZGRAFF *by* RINE, *und herzog zu* BAIRN. *Bekennen für uns und für unſer herzog* Ruprecht *des iüngern ſohn, mit namen* Ruprecht *den* iüngſten, Friderich, Ludwig, Hanſen, Steffan *und* Othen, *und für all unſer erben: daſs wir mit wolbedachten muet, gueten ſinnen und geſundts leibs, uns, unſern erben und unſerm* CHVRFÜRSTENTHVMB *bey* RHEIN, *und unſern hertzogthumb zu* BAIRN, *und unſern landen und lüten zu ewigem* ruhe, friden *und* gemach, *als ferr es menſchlich ſinne zu verſorgen beſtellen, geordenen und ſetzen mögen, ein* EWIGE ORDNVNG *und* SATZVNGE GEORDNET, *geſetz und gemacht, ſetzen und machen: daſs fürbas alle zytt von unſern erben das* ſöhne *ſinnd, ein* EINIGER *herre unſers churfürſtenthumbs an der* Pfaltz *und auch unſers fürſtenthumbs und landts zu* BAIRN *ſamentlich ſein ſoll, der dann der eltiſt ſohne iſt, und in vermögen ſins libs und gueten ſinnen iſt. So ſoll auch der* eltiſt *unſer ſohne und ſin erben, der unſer landſchafft beſitzet, von ſeim eignen willen und unfürſichtikheit kinen* krieg *anheben oder thun, gegen einigen der* gröſſer *oder ime* glychen *wer, oder ſunſt der grosmacht hette, als mitt guetem wohlbedachten rathe und willen ſiner* mitterben *and der* dryzehen unſer ræthe hernach geſchrieben. Item *wann die wyle des menſchen* IVGEND *zunimpt und an dem wachſen iſt; ſo mag das altter der* iugend *ir ſinnlich cræfftie und vernunfft nitt, als* natürlich, *haben zugebrauchen, darumb ſo ſetzen wir auch: daſs unſer* eltiſter *ſohne und ſinn erben, der unſer* HERRSCHAFFT *beſitzet, unſer land die* PFALTZ *und auch zu* BAIRN, NITT *regiern ſoll, von* eignen *gewalt*, als lang er under ſinnen ZWENTZIG IARN iſt. *Denn nach rath der* dryzehen *ræthe, herren, ritter und knechten oder des mehrsteils unter ine hernach geſchrieben Uſsgenomen doch ſo man einen* Römiſchen könig *wehlen ſollte, ſo mag alsdann zu derſelben zytt unſer erbe, der dann der herre iſt, ſin ſelbs ſin* zu wehlen *nach ſiner beſten vernunft, wiewol er zu der* zytt VNDER ZWENTZIG iarn wer. *Als ime das dann von unſers churfürſtenthumbs der* PFALTZ *wegen zugehöret. Und ſind diſs unſer gueten* lieben frunde *hernach geſchrieben, die wir umb ſunderlich zuverſicht zu allen dieſen ſachen zu unſern ræthen, und auch in etzlich articuln zu* SELNWERTERN

tiam firmant omnino. Nam si LEX VICENNARIA extitisset in palatinatu; non opus fuisset pactis; minime omnium *prouincialibus* ordinum. *Nach dem rath*, uti se constitutionis uerba habent, *der XIII. räthe; herren; ritter und knechten.* Vnde certissimum est, ante hanc constitutionem, VIRTVTEM fecisse MAIOREM, non annorum, numeros aut calculos certos. Sed quae ineptiae: XVIII. annorum aetati committere *electoratum;* biennio demum post principatum *simplicem.* Est haec ratio conuersa & corrupta: prudentem credere ante in rebus maximis, quam in minoribus ac pusillis. Accedit, quod hoc *palatinum senatusconsultum* tangat quoque BOIOARIAE ducatum. Sed statim audiuimus: finem tutelae ibi nullo tempore dilatum ultra XVIII. aetatis annum.

In BRVNSVICENSI *principatu* MAIOR *aetas ob uirtutem. Annorum* XVIII. *numeros.*

§. 8. De BRVNSVICENSI domo scripsimus *cap. IV.* §. 9. plane pleneque. Cum enim in singularibus monimentis principes uoluerint definite; ne ante *pupillus princeps* regimen susciperet, quam natus esset annos XVIII. plura inde patent manifesto. Primum, quod, ob *uirtutem*, alias principes pupilli in ista domo terminum *octodecennalem* anteuerterint. Deinde nulla definitae aetatis MAIORIS inter principes uel lex fuerit uel pactum aut domestica consuetudo. Porro aetas MAIOR

---

gekorn haben, für uns und unser erben, mit namen: Die edlen Symont graff zu SPONHEIM *und zu* Vianden, *unsern lieben schwager und getreuen; Friderich graven zu* Lyncigen, *und dazu unser diener und lieben getruen; Schenck Eberhard von* Erbach *den Eltern; Wiprecht von* Helmstatt; *Albrecht von* Veningen; *Iohann Kemmerer Hoffmeister, genandt von* Dalburg; *Brenner vom* Stein; *Tam* Knebel; *Radolff von* Zeiskeim; *Hanne-Hansen von* Hirtzhorn, *rittern; Hanneman von* Sikhingen, *Vitzthumb zur Nuenstatt; Diether von* Handtschusheim; *Cunzen Landschaden von* Steinach; *und sie sollen auch, so ein* pfaltzgraff VNDER SINEN IAREN IST, *und auch in anderen sachen wie obgeschrieben, ine und unsern erben und dem land also rathen, als sie darüber leiblichen aid. Die* sieben *unsers* raths *in unserm land zu* Bairn, *der ersam herr* Otto *apt zu* Castel, *oder der dann apt zu zytten ist, Ulrich der* Stauffer *ritter, Hans der* Heckhel; *Altman der* Kemnater; *Caspar der* Schwepferman; *Ortliep der* Wolff; *Conrad landschriber zu* Amberg. Geben ZU HEIDELBERG *uf sant Margarethen tag nach Christus geburt* dryzehenhundert *iahre, und in dem* fünff *und* neunzigsten *iar.*

prolata

prolata in XVIII. anno; non uero deminuta. Demum & ipsa iuris *priuati* & *publici* commixtio hunc partum edidit protulitque sententiam: *Brunsuicenses* duces non ante fieri maiores; quam subditi, id est, anno uel XXI. uel XXV. aetatis. Sed quam infelici sidere hic foetus conceptus & exclusus sit; illud quidem monuimus & deplorauimus multoties. Parum digna certe nouioris aeui exempla: quam ea posteri sequantur; si casus, quos *numen* auertat, contigerit olim.

§. 9. Sed quid demum sentire licet de lege OCTODECENNALI A. BVLLAE. Diximus primi *cap. IV. §. 8.* sententiam: in qua persistimus etiamnunc. Scilicet quum CAROLVS IV. intellexisset, quandoque principes electorales ad gubernacula reipublicae accedere maturius iusto, anno aetatis XV. XVI. aut XVII. noluit hoc fieri deinceps: *ne Caesaris electio a iudicio penderet adolescentis suffragatoris,* igitur limitem *maioris aetatis* in illis & stabilem fecit & protulit usque ad annum XVIII. aetatis. Sed graue est, quod reperitur in A. BVLLA SIGISMVNDI Caesaris, anno CIϽCCCCXXXIV. cuius uerba, huc facientia, recitabimus: *In* PRINCIPATIBVS *autem* DVCATIBVS & DOMINIIS *aliis temporalibus* (quae non in classe electorali) GVBERNANDI AETATEM *obseruandam decernimus, prout a diuis Romanorum imperatoribus & regibus nostris praedecessoribus est sancitum.* Igitur clarum est: principem non *uirtutem* maiorem fecisse; sed numeros annorum, lege imperiali definitos. Iam olim ad haec regessit, quae debebant regeri, *Marq.* FREHERVS *de testamentaria tutela electorali,* adiecto ad hanc bullam commentario p. 155. Cuius uerbis respondebimus etiam nos. *Quibus? ubi? quando? quomodo? Heu crucem ingeniis nostris fixam! Ego enim adeo libenter fateor, mihi non satis de ista* CONSTITVTIONE *liquere. Vt potius credam, uix ipsos* CANCELLARIVM *G.* & REFERENDARIVM *Th.* & REGISTRATOREM *M. satis,*

De A. BVLLAE MAIORENNITATE XVIII. annorum.

Oppositio AB. SIGISM. 1434.

quid scriberetur, intellexisse. Et incertum sibique ignotum ius, ne nihil facerent, in priorum Caesarum regumque constitutionibus altissima indagine perquirendum & eruendum nobis reliquisse. Fuerunt forte scriptores in communi errore, in principum aetate MAIORI tenendos Longobardiae aut Latii limites. Sed usu principes olim neutrum agnouisse, illud quidem dictum adhuc doctumque.

De MAIORI *aetate* CAESARIS *olim in* VIRTVTE *posita, non* ANNORVM *numeris. Exemplo* OTTONIS *III, anno 983.*

§. 10. Extremum est, ut etiam aliquid dicamus de eo: *quae aetas* CAESAREM *fecerit* MAIOREM? Repono, pari passu ambulandum etiam hic. VIRTVS Caesarem maiorem fecit; non annorum numeri. Sed tamen cura imperii candidati protrahi non potuit ultra XVIII. aetatis annum. Possem in exemplis esse uberior ac longior: sed pariendum est otio. OTTO III. an. 983. parenti in imperio successit ne quidem infantia maior, *quatuor* annorum, HEPIDANVS *ad an. 988.* Vt falsi omnino sint, qui filiolum uel *duodecennem* faciunt, uti GLABER *lib. I. hist. c. 4.* aut *octodecim* annorum cum ENGELHVSIO *chronici p. 1079.* Cum ergo in ea aetate & *electus* sit imperator & *coronatus;* imo suo nomine scripta omnia *diplomata, litterae, constitutiones*: uix dici poterit WILLIGISIVM, archiepiscopum Moguntinum aut matrem THEOPHANIAM pueruło, a regni proceribus, hoc fine praefectos, ut munus obirent tutelare; licet in ea aetate esset, ut regere nesciret uel se uel alios. Notum quidem est, HENRICVM Boicum, agnatum illius sibi adrogauisse legitimam tutelam, quae etiam debebatur eidem ex iure *tum* ciuili, tum *clientelari.* Verum quod regnum ac imperium electitium esset, negauerunt hoc ei merito Germaniae proceres maluerunt que curam relinquere *matri* & *Moguntino;* quam, uerbo tutelae, alicui deferre *potestatem.* Vero igitur *tutore* caruit pupillus: sed tamen usque ad XVIII. aetatis annum totus pependit ab auctoritate *matris* & antistitis *Moguntini.* Tum enim suo usus est iudicio,

dicio, remoto consilio alieno. Quae causa forte est, quare cum ENGELHVSO quidam scripserint: *puerum XVIII. annorum coepisse imperare.* Et DODECHINVS *ad an.* 1160. de Wiligiso, Moguntino archiepiscopo adfirmauit: quod XVI. annos rexerit imperium. *Villegisus archiepiscopus memoria dignus, qui ipsum Ottonem adhuc ualde puerum & imperatorem educauit & interim per XVI. annos rexit imperium*, non ut *tutor*; sed ut *consultor* & rerum administer. Caruit enim eo tempore Germania VICARIIS LEGITIMIS; caruit REGENTE; caruit augusti filioli TVTORE. Hinc diu ante XVIII. aetatis annum Otto III. ipse comitia coegit habuitque; gessit bella; suscepit a proceribus clientelam. Imo expeditio Romana anno 995. indicta ab eodem atque anno post peracta fuit, Caesare nouello an. 996. inaugurato manu GREGORII V. pontificis, paulo ante creati a se & instituti. Errore igitur manifesto officia consiliarii, administri, procuratoris: cum tutoris potestate commiscentur & confunduntur. Idem iudicium est ferendum de HENRICO IV. Nam *anno* 1056. HENRICI IV. *anno* 1050. is parenti successerat V. annorum, ut LAMBERTVS *Schafnaburgensis* habet uel VII. uti *continuator* Hermanni *Contracti* ad h. a. Qui etiam uerus est idque ideo, quoniam annus 1050. eidem natalis, notantibus eundem ipso HERMANNO; chronici AVGVSTENSIS auctore; BERTHOLDO Constantiensi, aliisque. Verum enimuero uti puer *septennis*, licet diademate cinctus, idoneus non fuit regendo imperio: ita requirendum, num fuerit ei *tutor imperialis?* Fidenter hoc nego. Idque ideo, quoniam auctores silent, qui matri *Augustae* AGNETI tribuunt tantummodo *pupilli augustalis* educationem. Deinde ANNO *Coloniensis* antistes, ausu priuato, matri puerum Augustum subducere non potuisset, priuata auctoritate, cum eoque sibi adrogare summam rerum, si mater TVTRIX aut REGENS AVGVSTA facta fuisset decreto imperii.

imperii. Poſt Henricus IV, puer XIII. annorum, qui aliquot annis omnia fecerat ex conſilio ANNONIS, non potuiſſet hunc pro lubitu dimittere eique ADELBERTVM BREMENSEM archiepiſcopum ſurrogare, ſiquidem eorundem aliquis TVTOR imperii fuiſſet adpellandus. Potius ſuo nutu & arbitratu omnia fieri uoluit AVGVSTVS PVER. Nam XIV. annos natus accingi ſe iuſſit gladio BERTHOLDVS ad an. 1064. *rex anno* REGNI *ſui IX.* AETATIS *ſuae XIV. accinctus gladio.* Qui Germanicae pubertatis ſymbolum, quod oſtenſum ſuperius *cap. III. §. 4.* Vt iam certe dubitare non liceat, puerum imperii clauum tenuiſſe. Licet ſcribat LAMBERTVS *Schafnaburgenſis ad an. 1072.* quod res imperii demandauerit antiſtiti Colonienſi, usque dum anno CIↃLXXIII. etiam hunc rerum adminiſtrum dimiſerit. Verba hiſtorici ſunt: *Ibi quoque Colonienſis archiepiſcopus offenſus his, quae plurima, praeter aequum & bonum fiebant in palatio, petiit a rege* (non a regno) *uacationem. Is ergo, ubi ſe in ſua recepit, rex iam, quam ſeueriſſimo paedagogo liberatus, ſtatim in omnia genera flagitiorum ſe praecipitem dedit.* Fruſtra igitur eſt coniectura eorum, qui opinantur tum demum HENRICVM IV. anno aetatis XXI. aut XXII. conſecutum aetatem MAIOREM. Potius hactenus dicta illud docent: Caeſarem MAIOREM non feciſſe *annorum numeros;* ſed uirtutem, fortunam, caſum. Vt ineptum ſit, requirere hic uelle *terminos tutelares* Latii, Graeciae, Germaniae, Longobardiae, deſcriptos hactenus. Hinc Caeſarum ſucceſſorum aetas admodum diuerſa. Nam WILHELMVS, Hollandiae princeps an 1247. electus imperator aetatis anno XX. uti MATTHAEVS *Pariſienſis ad h. a.* teſtatur; dum adhuc fuit *imberbis*, ante quam cinctus eſſet enſe & eques inauguratus, quem ritum deſcripſe-

WILHELMI *an.* 1247.

ſcripſerit *Ioannes de* BEKA *in Ultraiect. epiſc. 36.* (*). In uita CAROLI V. plura occurrunt ſingularia. Nam principio anno XV. aetatis ſuae tutelae eſt datus, ut regimen adiret prouinciarum Belgii HEVTERVS *lib. VII. c.9.* atque *VIII. c.1.* Deinde XVIII. annos natus in *Hiſpaniae* regnis clauum accepit reipublicae; non quod Hiſpani hunc aetatis limitem in illo requirerent, de quo *cap.* III. §. *19.* ſed quod ſuperſtes *mater*, mentis parum emotae. Anno XIX. ſalutatus IMPERATOR mortuo auo. Neque legitur ei *ſtatus* & *aetatis* quaeſtionem ullam ideo factam. Vnde iterum repeti debet; principes uirtute MAIORES agnoſci: ſubditos ſolos NVMERIS annorum. Firmet idem hoc claudatque argumentum LEOPOLDVS M. imperator. Puero enim XV. annorum dixere homagium AVSTRIACI; HVNGARI; BOHEMI *an.* CIƆ IƆ CLV. Idem anno CIƆ IƆ CLVII. inter candidatos imperii fuit XVII. annorum adoleſcens. Non uero adoleſcentiae cauſa; ſed, ob ſtudia archiprincipum diuerſa, aetatis anno XVIII. demum electus & inauguratus imperator an. CIƆ IƆ CLVIII. IOSEPHVS an. CIƆ IƆ CLXXVIII. editus in lucem, an. CIƆ IƆ CLXXXVII. rex HVNGARIAE inauguratus &, triennio poſt, REX ROMANORVM, puer DVOCENNIS an. CIƆ IƆ CXC. Licet uero ex ueteris Germaniae moribus, inſtar Ottonis III. & Henrici IV. etiam tum accedere is potuiſſet ad imperium, ſi quidem LEOPOLDVS pater deceſſiſſet: noluerunt tamen hoc archiprincipes ELECTORES, quibus, haud dubie in gratiam imperii VICARIORVM, iurisiurandi formula ſe adſtrinxit: ne ante imperii faſces adriperet, niſi XVIII. aetatis annum eſſet ingreſſus. Eſt enim *Capit. art. XLVII.* his

CAROLI V. *an.* 1500.

LEOPOLDI M. *an.* 1640.

IOSEPHI MAIOR *aetas* XVIII. *anno adfixa* 1690.

(*) Scilicet iſto aeuo nobilium duplex quaſi MAIORENNITAS. Vna ad *militiam gregariam*, cuius ſymbolum enſis, quod *cap.* 3. §. *6. p.* 51. oſtendimus: altera ad *dignitatem ſagatam*, qua militibus potuerat aliquis imperare & agere officialem eorundem. De ultimo genere *maioris aetatis* hic ſermo. Quod non eſt patrium, ſed ex Latii *equeſtri ordine* requiſitum in gratiam *militiae cruciatae.* Plura congeſſit *litteratiſſimus* STRVVIVS *Halenſ. obſeru. tom. II. obſ.* 3. 45.

Inde a principio imperii non definita.

uerbis conceptus: *Wir ſollen und wollen uns auch zu* KEINER REGIERVNG *oder adminiſtration im H. R. R. ſo lang Ihro Kayſerl. Maieſt. im leben oder auch nach dero tod zu* PRAEIVDIZ *der* REICHSVICARIEN, *welche inmittelſt die reichs-adminiſtration führen, die expedition aber in unſern nahmen verfügen ſollen, unterziehen; biß wir das* XVIII. *jahr unſers alters* ERREICHET *und angefangen haben. Als dann wir uns von neuem zu einem reuers, als wenn wir die capitulation von neuem abgeſchwohren, verbunden.* Primum autem non euenerat, poſtquam LEOPOLDI M. uita ad annum CIƆIƆCCV. producta: quo IOSEPHVS ſucceſſor pridem exceſſerat annos XVIII. ut opus porro non eſſet VICARIORVM auctoritate. Ceterum inde eſſe poterit iuris problema: *utrum nequeat poſthac fieri imperator, niſi* XVIII. *annos natus?* Fidenter hoc negauerim. Nam primo SYMBOLVM IOSEPHI non obſtringit ſucceſſores; quod cum illius uita expirauit. Deinde OCTODECENNALIS aetas eſt ſtatuta *pacto*, quod obligat nonniſi partes paciſcentes; non *lege*, quae eſt aeterna. Porro cum dictum ſit doctumque, olim Germaniae imperatores *uirtutem* agnouiſſe MAIORES: nihil ergo temere dandum inanibus *numeris*. Taceo, in ELECTITIIS regnis tempora ab ordinibus pendere: qui, ſi quem *puerum* elegerint, *pueritiam* electi nequeunt ſpernere. Et *pueri* tum erit, ſibi rerum conſultores & adminiſtros quaerere; necquicquam accipere, a ſubditis ſibi obtruſos tutores. Sibi enim tribuant ordines, ſubmittendo ſe ſuaque *pueri principis* iudicio & uoluntati. Neque eſt, quod ſe moueant tum VICARII. Nam horum nulla poteſtas uel auctoritas, niſi uacante imperio. Quod dici non poteſt, *puero* adpellato imperatore. Interim *pactis* in electione omnino poteſt caueri; quo *tempore* & qua *formula* ſuſcipi debeat imperium ab electo candidato. Docuit me commentarius *legati octouiralis;* quod in IOSEPHI electione illud ſibi tribuerint S. R. I. VICARII;

ante

ante XVIII. annorum aetatem frustra alicui imperium deferri; cum eousque uicariis administratio competat ipso iure. Sed illi calculum merentur necquicquam. Quoniam CÆSAREM *uirtus* facit fecitque maiorem, agnita ab archiprincipibus tempore diuerso, nunc longius iterumque breuius. Vt adeo, si *electo* nulli limites positi sigillatim; ipsi administratio rerum nequeat negari. Imo in arbitratu archiprincipum est etiam illud: pueri augusti, duodecennis, imperium agnoscere, siquidem illis ita uisum. Idque facere poterunt sine ullo VICARIORVM intercessu, quorum auctoritas alia non est, quam in interregno, quod tum non contingit.

CAP. VI.

De VENIA AETATIS principum S. R. I. & obiectionibus, aduersus nostram sententiam, aliis.

NE tamen fugere uideamur illa; quae sententiae, *principes S. R. I.* VIRTVTEM *agnouisse* MAIORES; *non annorum* NVMEROS, creduntur obesse: faciamus illis etiam dubitationibus satis. *Causa* APPENDICIS *huius.*

§. 2. Principio ex uulgari doctrina facile est, nostra impetere his argutiis: *si* VIRTVS, *nonnisi priuilegio*, a principe per ueniam aetatis indulto, MAIOREM *facit*; *non facit uirtus* MAIOREM LEGE. Quoniam *priuilegio* tum demum est opus; ubi *lex* resistit. Cum igitur ex historia illud omnino constet: *tot principes S. R. I. adolescentes ac pueros*, ob animi robur ac uirtutem, *illud requisiuisse ab imperatore*; *ut ideo* REGIMEN *acciperent ante XXI. aut XXV. aetatis annos*: uinculum consecutionis manifestum esse, cum *quod* sola *uirtus* his non fuerit satis; tum, quod opus fuerit alias annorum XXI. aut XXV. OPPOSITIO I. VIRTVS *ei non sufficit: cui opus* VENIA AETATIS.

numeris etiam ad *regendos Germaniae* principatus, si quidem res definienda *legi tutelari.*

VENIA AETATIS *indulta in S. R. I.* I. AVGVSTALIBVS FAMILIIS, *exemplo* HOLSATICAE. *An.* 1646.

§. 3. Circumdabo castra aduersa exemplis, maiori numero conducendis, si esset opus. Nam *principio* imperatores VENIAM AETATIS largiti sunt non personis solis: sed DOMVI quandoque & FAMILIAE. Quod Latii iure inauditum. De HOLSATICA DOMO extat diploma FERDINANDI III. Caesaris anno CIↃIↃCXLVI. in hunc finem conceptum: *ut posthac Holsatiae principes omnes ad* REGIMEN *accedere queant, XVIII. tantum annos nati. Qua aetate illi principes omnes haberi debeant pro* MAIORIBVS. *Idque ex indulgentia augustali.* Codicillum recitat LVNIGIVS *in archiui tom. IV. domus Holsaticae num. 133.* Caussa huius rei allegatur in ipsis augustalibus codicillis: *quod illi principes,* SLESVICENSIS *ducatus intuitu, anno XVIII. fiant* MAIORES: *adeoque ualde inconcinnum fore, eundem haberi alibi maiorem; iterumque minorem alibi eodem tempore.* Succedit altera ratio: *quoniam plurimi Germaniae principatus id habeant ex ueteri instituto: quod*

Anno 1593. *XVIII. aetatis anno fiant maiorennes.* Imo, DANIAE regni caussa, imperator RVDOLFVS II. anno XVII. aetatis in *Holsatia* maiorem dixit CHRISTIANVM IV. scripto ueniae aetatis libello *die 26. mensis aprilis, anno* CIↃIↃXCIII. Quem laudat *Anton.* HERINGIVS *de fideiuss. cap. VII. n. 110.* Verum uti haec talia aeui recentioris; ita referri omnino debent inter *iuris priuati* glaucomata: quae oculos obduxere principalium administrorum: ut quaererent *priuilegio,* quae habuerant *lege.* Facile enim esset ad docendum, *Holsatiae* olim principes clauum sui principatus & reipublicae tractauisse manu tenella etiam ante XVIII. annorum aetatem; ob *uirtutem* & *legem* solam: non annorum numeros & *ueniae* singularis indulgentiam. Quid? quod ipse imperator in codicillo existimat; talia indulgeri, admodum facile, quoniam plerique S. R. I. princi-

principes lege utantur OCTODECENNALI. De SVECIS, intuitu *Pomeraniae*, tum MAIORIBVS; cum maturi ad suscipiendum fasces regni ipsius: quaesitum est anno CIↃIↃCXCVII. Licet POMERANIAE quondam *duces*, aut potius eorundem administri Latini non dubitauerint, ueniam aetatis requirere ab imperatore, teste oculari STEPHANO *de iurisdictione lib. II. part. 1. c. 1. memb. 2. n. 137.* Addo, sed cum censura prorsus eadem, priuilegium a FERDINANDO II. anno CIↃIↃCXXV. indultum HASSIACAE familiae principali: ut post eius principes & ipsi MAIORES fiant XVIII. aetatis anno instar archiprincipum electorum. Audiamus domesticum testem REINKINGIVM *in regim. secul. lib. I. class. III. c. 12. n. 57.* uerbatim: *sic & inuictissimus imperator* FERDINANDVS *II. ad petitionem quondam illustrissimi & celsissimi principis domini* LVDOVICI HASSIAE *Landgrauii, filio eius* primogenito, *domino* GEORGIO, *domino meo clementissimo eiusque liberis & deinceps* OMNIBVS EX CORPORE *domini impetrantis descendentibus masculis, ad quos, iuxta familiae statutum, regimen principatus peruenturum est, hoc* PRIVILEGIVM *concessit: ut quilibet ex illis, quem ordo ad regimen admittit; quam primum* XVIII. AETATIS ANNVM ADIMPLEVERIT, *ad instar electorum, administrationem principatus ac si legitimam aetatem compleuisset, suscipere possit. Sublatis, ex* PLENITVDINE POTESTATIS, *omnibus in contrarium disponentibus iuribus & statutis. Idque priuilegium ita concessum &* AVREA BVLLA *adpensa roboratum die 18. Nouembr. an. 1625.* Vti uero sumus persuasissimi, etiam HASSIAE principibus olim uiam patuisse ad reipublicae clauum ac regimen, ex quo in illis illuxere animi robur ac VIRTVTES; neque fieri potuisse, ut aliquis XVIII. annis ad illud accederet SERIVS adeoque uix opus fuisse uenia, indulgentia, priuilegio: sic in seculis tamen nouissimis etiam hi principes intra limites retenti Latii tardi hic ac-

SVECIS.

HASSIACA DARMSTADIENSI 1625.

lenti, ut ab alieno nutu penderent ad annum usque XXV. Sed quanta cum principum iniuria ita factum peccatumque ſit a rerum adminiſtris, cultoribus legum Latii: illud quidem dictum doctumque adhuc. Noſtri aeui princeps CAROLVS, ut canitie: ſic *fortitudine; ſapientia; magnificentia; litteris; doctrinis; munificentiaque* MAIOR aliis in Germania, imo in Europa uniuerſa, legis huius *tutelaris* ſenſit in adoleſcentia duritatem. Licet enim erumperet in *puero uirtus* ac animi *uis*, ut reipublicae regendae ſufficeret: perſiſtendum ei tamen fuerat ſub tutela ac cura, Romani ciuis inſtar. Quam hiſtoriam tutelarem annales prodent domeſtici, commendati uiro litteratiſſimo.

II. PRINCIPI S.R.I. ſigillatim.

§. 4. Eodem iudicio aeſtimandi etiam principum ſingularium CODICILLI, in VENIAE AETATIS largitione, magis ex conſilii rationibus requiſita & indulta, quam ex iuris aut legis alicuius neceſſitate. Probabo hoc exemplis.

Ottoni BRVNSVICENSI 1398.

De BRVNSVICENSI domo codicillus extat WENCESLAI Caeſaris; in quo anno CIƆCCCXCVIII. OTTONI duci *Branſuicenſi* ſcripſit deditque VENIAM AETATIS. Quam formulam recitat auctor *der Braunſchweigl. händel part. I. ſect. 2. c. 1. Wir haben dem hochgebohrnen* OTTEN, *herzogen zu* BRAVNSCHWEIG *unſerm lieben oheim und fürſten, die* IAHR GEGEBEN. *Alſo daſs er mündig ſeyn; ſeine herzogthum und lande* SELBST VERWESEN; *ihme ſelber* RAETHE *kieſen; und* HELFFER *nehmen ſoll und mag.* Quod etiam habet MYLERVS *in etologia cap. I. §. 3.* Factum uero hoc eſſe gratis, nullo iure cogente: facile euincam.

Sed an. 1477. HENRICO *definit* MAIORENNITATEM AVVS.

Nam *cap. IV. §. 9. p. 75.* tabulas allegauimus *ducis* BRVNSVICENSIS, FRIDERICI *an.* CIƆCCCCLXXVII. in quibus ipſe, non imperator, definit, quod ante aetatis annum XVIII. non debeat nepos HENRICVS regimen adire. Certo argumento licuiſſe, niſi prohibuiſſet teſtamento. Recitat illud LVNIGIVS *archiui tom. III. adpendicis n. 12.* unde uerba

uerba notanda: *Vünde ſick ock, dat wy vor demſelben, ehr he to ſo denem* VORGESCREVEN *namlicken* ACHTEYN *iahr gekommen wäre, von dodes wegen affgiengen: ſo geven und ſetten wir omedenn alſe nu und nu als deme, to rechten* VORMVNDEN *unſere räde unſes landes Lunoburg alle geiſtlich und weltlich. Und wann he denn* ACHTEYN *iahr alt geworden, ſulen ſe on to dem vullen regimente ſyner lande und lüde ſtaden und kumen laten.* Eandem aetatem, mortuo nepote, idem etiam *definit agnatis* ibidem. Quid? quod magis eſt, PACTO ſtatuitur XIIX. annus aetati MAIORI anno CIↃIↃXXXV. in Guelfica hac domo; quod laudauimus *cap. IV. §. 9.* Verum diſplicuit haec aetas IVLIO duci; hinc profert idem limites MAIORENNITATIS ad annum usque XXV. in ſupremis tabulis anno CIↃIↃLXXXII. In quibus clare dicitur: *Wenn wir ehe mit tode verfahren würden, dann unſere* SÖHNE *und* TÖCHTER, *alle oder zum theil zu ihren* VOLLMÜNDIGEN *iahren kommen werden und unſer ältiſter ſohn,* HENRICH IVLIVS *ſein vollkommenes alter und zum wenigſten XXV. iahre erlanget und ſeine ſtudia compliret haben wird,* uti exhibet etiam has LÜNIGIVS in *archiuo tom. III. adp. n. 23.* Cuius exemplum quoque imitatus eſt GEORGIVS *dux Brunſuicenſis* anno 1641. Licet enim filium reliquiſſet CHRISTIANVM LVDOVICVM annos XX. natum; habuit tamen eundem pro MINORI noluitque, ut ante XXV. aetatis annum filiorum ſuorum aliquis crederetur MAIOR. Verba teſtamenti ſunt: *ehe und bevor unſerer ſöhne einer das XXV. iahr erreichet, ſollen ſie ſich der landesregierung enthalten.* Inde igitur arguo fidenter. *Primo,* in hoc ducatu virtutem, incerto tempore maturam, principes maiores feciſſe: non *legem* ullam, uel *domeſticam* uel *imperialem.* Quod ſi enim extitiſſet ultima: MAIOR aetas non in arbitratu fuiſſet *teſtatorum:* ut illam nunc contraherent iterumque proferrent. *Deinde* ideo *uenia aetatis* opus non fuiſſet indul-

An. 1535. definitur illa PACTIS.

An. 1582. in TESTAMENTO.

An. 1641. in teſtamento iterum.

indulgentiaque *imperiali.* Quoniam satis esse poterant uel ultimorum principum *tabulae* uel *uirtus*, subditorum iudicio agnita & adprobata. Quid enim de OTTONE *puero nouenni;* cum pater eius GVILIELMVS anno CIↃCCXIII. obiisset? Est ille stirpis *augustissimae* conditor: qui uix XIV. annos natus res maximas gessit, sine arbitro ac tutore. Meo igitur iudicio; non habent illi principes, quod exempla sibi ad imitandum proponant temporum nouissimorum. Quae *seram* nimis aetatem requirunt XXV. annorum, post Romanos, nulli probatam genti. Rectius auita instituta tuebuntur, MAIORENNITATEM definientia aut VIRTVTE sola aut XVIII. annis non longiori aetate. Reminiscantur hi principes patriae quondam prouinciae, BOIOARIÆ, quae omni aeuo uocauit uix XVIII. annos natos ad reipublicae clauum, de quo supra *cap. III. §. 26.* atque *c. V. §. 7.* Imo, postquam non solum *insula nouemuirali;* uerum etiam *trium regnorum* diademate ornati sunt, indignum esset; eundem maiorem dici ARCHIPRINCIPEM & REGEM; sed, qua DVCEM, adpellari MINORENNEM.

An. 1213. in OTTONE PVERO *sola* uirtus.

Iura postliminii GVELPHICAE *domus.*

§. 5. Alterum est, quod poterat obmoueri sententiae; *principes olim* VIRTVTEM *agnouisse* MAIORES; *non annorum* NVMEROS: quoniam CAROLVS IV. anno CIↃCCCLXXVII. codicillos scripserit SAXONIÆ etiam DVCIBVS; in quibus MAIOR aetas definita uerbis, quae sequuntur; *Aetatem eligendi imperatorem* XVIII. *annorum esse uolumus: in principatibus autem,* DVCATIBVS *& dominiis aliis temporalibus gubernandis,* AETATEM *obseruandam decernimus, prout a diuis Romanis imperatoribus & regibus, nostris praedecessoribus, est sancitum.* Quod diploma, post alios, exhibet LVNIGIVS *arch. part. II. contin. 2. in Sax. n. 15.* Iisdem prorsus uerbis ac syllabis conceptum illud, quod est SIGISMVNDI Caesaris anno CIↃCCCCXXXIV. ut patet supra in *cap. V. §. 9.* Nam definitur in ultimo *hoc*

OPPOSITIO II. *limites* TVTELARES CAROLI IV. 1376.

SIGISMVNDI *anno* 1434.

MAIOR

MAIOR aetas principibus PALATINIS ita pariter. Verum repetimus de utroque Freherianam censuram etiam hic: *diplomatis scriptorem, dicis gratia, ultima uerba profudisse calamo; re uera, quid scriberet, nesciuisse.* Et sane plagium manifestum uix meretur plenam fidem. Si autem BARTHOLVS, Carolo IV. a consiliis, auctor fuit huius codicilli, haud dubie MAIOREM Germaniae principum aetatem adligandum esse censuit limitibus *Latii* XXV. annorum. Sed quam inepte ita senserit, quando sensit: illud *cap. IV.* & *V.* ostensum superius. Nam seram tantopere iuuentutem explosere Germani cum gentibus aliis in orbe uniuerso.

§. 6. Sed tamen si ELECTORIBVS statuta aetas certa XVIII. annorum in A. B. CAROLI *IV. tit.* VII. §. 3. neque reliqui principes sine lege ac limite erunt in MAIORI aetate. Verum exemimus hunc scopulum *cap. IV.* §. 9. superius. Nam principatui praeesse, in eoque regendo uti rerum administris; hoc etiam in PVERO supplere poterat uirtus: Caesarem dare, nonnisi *adolescentiae maioris* ac pubertatis plenae. Inde *maiorennitas nouemuiralis* non contracta; sed prolata longius, quam mere *principalis*, uirtuti adfixa, non *annorum* definito *limiti*. Plura diximus in CAROLINA *illustrata ad tit.* VII. §. 3. eaque singularia prorsus.

OPPOSITIO III. AVR. BVLLAE *tit.* 7. §. 3.

§. 7. Porro uti *cap.* IV. ostensum CLIENTELAREM maiorennitatem non esse, nisi XVIII. annorum: ita eadem forte etiam PRINCIPALIS in *Germania*. Quod certum sit, eius principes agnoscere *imperii clientelam*. Verum loquuntur *Longobardica* instituta de *militibus*, qui castra sequi debent. Quod de S. R. I. principibus dici nequit; quod sistere suos teneantur in *expeditione imperiali*, non ipsi comparere & arma ferre. Interim in uetustiori aeuo nullum exemplum occurrit: quod S. R. I. principi XVIII. annos nato quaestio facta fuerit un-

OPPOSITIO IV. *ex lege* LONGOBARDICA XVIII. *annorum.*

quam in suscipiendo principatu ex aetate MAIORI. Suffecerat hoc tempus principi omni: sed nulli opus fuerat, si praecurreret *uirtus*.

OPPOSITIO V. *ex iure* GERMANICO XX. *&* SAXONICO XXI. *annorum.*

§. 8. Praeterea cum XX. atque XXI. annorum spatia ad aetatem MAIOREM requirantur cum a *Germanis* uniuersim; tum sigillatim a *Saxonibus;* quod plene planeque explicatum *cap.* III. superius: etiam PRINCIPES S. R. I. forte harum legum ferire debet religio in MAIORI aetate. Praesertim cum ultimorum seculorum exempla adsint SAXONIAE ducum, cum eorum, qui annum XXI. aetatis expectauere *maiores;* tum eorum, qui illud posteros iusserunt in ultimis uoluntatibus; tum denique eorum, qui, ob longiorem moram, *ueniam aetatis* requisiuere ab imperatoribus, ut citius, quam lex *unouicennaria* uult, liceret ad *regimen* uenire. Verum saepius dixi; alia *officia* esse *subditi* ac ciuis: alia *principis*. Quae inuicem necquicquam confundenda ac commiscenda. Primi iure *positiuo* coercentur: ultimi in oculis animisque habent *decreta naturae* solius. Quae ob *uirtutem* agnoscunt maiorem: non ex annorum *calculis* inanibus. Haec discrimina neglexisse iura Romana doctos, hoc est, quod deplorauimus saepe. Et, si SAXONIAE iureconsulti dubitant, principes eorundem lege VNOVICENNARIA olim constrictos non fuisse; uerum quandoque XVI. aetatis anno ad principatuum suorum regimen accessisse: *duo* eis *exempla* dabimus, quibus illi suo otio studioque facile addere possunt alia plura.

Exempla SAXONIAE *principum anno* XVI. MAIORVM.

HENRICI illustris *an.* 1234.

De HENRICO *illustri*, *Misniae* marchione & primo eius stirpis THVRINGIAE landgrauio & *Saxoniae* palatino, fide publici tabularii, scribit *Anton.* WEKE *in historia Dresdensi part.* II. *tit.* 1. *p.* 104. quod puero, mortuo patre anno CIↃ CC XXI. tutrix data sit *mater*, quae triennio post iterum nupserit & *auunculus*. Sed anno aetatis XVI. matrimonium contraxisse eundem CIↃ CC XXXIV. & sui principatus

tus regimen fuſcepiſſe. Additque FABRICIVS; eum tum ex ephebis exceſſiſſe, more ac inſtituto iſtius aeui, principum familiis ſolenni. De FRIDERICO *graui*, qui anno CIↃCCC IX. editus in lucem, ſcribit *idem ibidem p. 113.* quod XVI. annos natus acceperit reipublicae clauum. Proderunt etiam hiſtoriae tutelares aliae, quas Saxoniae iureconſultis omnino commendamus, ut iniuriam intelligant, principibus ſuis in MAIORI aetate illatam, producta ad limites ſubditorum ac ciuium uulgares. Qui uero circuli, poſtquam ſemel ducti calamo tot magni nominis iureconſultorum, imo principum Saxoniae palatia illis conſtricta ſint; nolim illos meis ideo doctrinis turbare. Illud ſatis eſt, quod SAXONICI OCTOVIRI uſu probauerint; cum annos XVIII. nati *archiprincipatum* adeant regendum; illis ideo, quod tamen *Bulla Carolina* uelle uidebatur, de qua ſupra §. 5. 6. *capitis* huius, negari nequeant principatus reliqui. Ne iura ineptire uideantur, agnoſcentia principem MAIOREM in rebus *maximis;* contra in *minoribus* negantia hoc & exigentia triennio longiorem MAIORENNITATEM. *Hiſtoriam tutelarem* Saxoniae dare poſſem e CODICIBVS MSCTIS, quos habeo in mea litteraria ſupellectili; cum omnium, eo facientium, codicillorum, tabularum, principalium ſenatusconſultorum, epiſtolarum, comitialium decretorum & commentariorum adparatu. *Primus* agit de CHRISTIANI II. *Saxoniae electoris* tutoribus anno CIↃIↃXCI. a parente *Chriſtiano* I. nominatis. *Brandeburgico* electore *Iohanne Georgio* & agnato proximo *Friderico Wilhelmo Altenburgenſi* duce. *Abſens* fuerat primus, qui ideo adminiſtros tutelares miſit in Saxoniam: alter praeſens rexit Saxoniam & adnexas ei prouincias *Torgauiae.* Poſuit uterque tutelam *decennalem* & clauum cum *electoratus;* tum reliquorum *principatuum* ac territoriorum dedit principi *heredi* eo *die,* quo ille XVIII. aetatis annum abſoluit anno CIↃIↃCI. Eſt hoc

FRIDERICI *grauis an.* 1325.

Quae MAIOR *aetas in principatibus* SAXONIAE *electoratui adnexis?*

Hiſtoria SAXONIAE TVTELARIS MSCTA, *in tutela* a) *Suſcepta* 1591. *Chriſtiani* I.

decennium tutelare admodum memorabile ob res cum ſacras; tum ciuiles. *Ordinum prouincialium* magna elucet in hoc regimine auctoritas ac uis: qui non ſolum decreuerunt, qui *pupillo principi* dandi magiſtri; inſtitutores; uiri, pueri, iuuenes, ſerui palatini; quae diſciplinae ei tradendae; qui legendi libri: ſed etiam, quae acceptorum & expenſarum rationes ac modi. Imo quae *leges* ſcribendae ac obſeruandae tribunalibus & eccleſiis. Qui rerum adminiſtri dimittendi ac puniendi. In quorum ultima claſſe fuerat *Krellius*, cancellarius, reformatorum ſacrorum in Saxonia ultimus martyr. *Alterum* uolumen tangit IOANNIS ERNESTI ducis VINARIENSIS tutelam, pariter *decennalem.* Quam anno CIϽIϽCV. mortuo *Iohanne* Vinarienſi duce, parente, ſuſceperat *Iohannes Georgius* I. SAXONIAE ELECTOR; finiueratque eam CIϽIϽCXV. quo princeps pupillus egreſſus fuerat XXI. aetatis annum. Licet uidua mater *Dorothea Maria*, princeps *Anhaldina* ante fruſtra rogauiſſet ſerio ac ſaepius; filium ſuae tutelae dare, poſtquam ab illa aetate XXI. annorum proxime abeſſet. Solennia finitae demum tutelae fuerant: ut princeps ante ſcriberet *apocham* tutori de redditis rationibus; adprobaret pacta cum de ſucceſſione *Altenburgenſi;* tum de *ballia* ſiue praefectura ſacra ordinis *Teutonici* in Thuringia. Quo facto, reipublicae clauus inſigniaque in manus tradita nouo principi per legatos *electorales.* Qua de re forte in ultima cera.

(z) *Finita* Iohannis Ernesti D. VINARIAE 1615.

OPPOSITIO VI. *ex iure publico gentium.*

§. 9. Tandem PRINCIPES S. R. imperii non liberioris nexus fore, quis dixerit, quam REGES ac imperatores orbis ac urbis. Quod ſi igitur *ultimorum* aetas MAIOR, certis *annorum* curriculis ac *circulis* conſtricta: neque *primos* ponendos extra limites ac fines. Scilicet ex *capite* ſequenti conſtabit: HISPANIÆ reges adoleſcentes anno demum XX. uocari ad regimen, *cap.* III. §. *19.* reges GALLIAE anno XIV. incepto ex CONSTITVTIONE

a) *Hiſpaniae* XX.
b) *Galliae* XIV.

anno

anno CIↃCCCLXXV. ab ipſo *rege* in ſenatu *Pariſienſi* lecta ac promulgata; quam exhibet CHOPPINVS *de doman. lib.* III. *tit.* 5. §. 3. Verum uti *publica* haec iura ſunt *uoluntaria* ac *poſitiua*; ita credi ante non debent, quam *doceatur*, ſic populo aut *principi* placuiſſe. Sit igitur: aliqua *regna, naturae legibus* relictis, quae uirtutem ſolam ac prudentiam in *maiori* attendunt, ſe *pactis* adſtrinxiſſe, definientibus deinceps *aetatem* MAIOREM annorum NVMERIS certis: exempla tamen haec *iuris publici poſitiui* & ipſa ſunt, quae ideo *reſpublicas* alias neque obligant, neque impetunt aut impediunt in ſua *naturali*, qua gaudent, libertate. Hac ergo gaudeant utanturque etiam principes S. R. I. eo; quousque de LEGE IMPERIALI conſtet, quae MAIOREM eorundem aetatem definiuerit certa annorum *periodo*.

§. 10. Vltimum eſſe poterat illud: quod IVS ROMANVM etiam principes S. R. I. obſtringat ex eo minimum tempore, ex quo doceri poteſt illius in Germania receptus CIↃIↃXCV. idque cum decreto *comitiali*; tum eius interpretatione *uſuali*, quam *ſententiae* & *iureconſulti camerales* eo ipſo declarant firmantque, dum leges Latii colunt ſequunturque, etiam in iuris publici grauiſſimis argumentis. Accedit, quod *familiae principales*, omnes fere, ſigillatim id quoque agnoſcant: illis non minus ſcriptas eſſe *leges Latii tutelares*; imo actus principum *minorum* ideo habitos caſſos, irritos, nullos idque *ſententia comitiali*. Vt ab *ultimo* incipiam, dedimus inſigne DIPLOMA *in reliquiarum tom.* II. *n.* 68. *p.* 289. ubi LVDOVICVS IV. imperator anno CIↃCCCXXXIII. *decreto comitiali*, codicillum *Brandeburgici electoris*, filii ſui primogeniti IRRITVM facit; quod ſcriptus eſſet a principe *minori*. Verum cauſa decernendi eſt conſideranda; quae ſingularis atque haec eſt: quoniam PVER ELECTORALIS TVTORES haberet, qui in eo ſcribendo non interpoſuerint ſuam auctoritatem. Nihil ergo inde ar-

OPPOSITIO VII. IVRIS ROMANI *recepti.*

Repoſitio a) *ad ſententiam* pacti pupillaris *irriti.*

gumenti ad *termini tutelaris* numeros Latinos. Quod
b) *ad* agnitionem PRINCIPALIVM *familiarum termini* Latini. autem *agnitionem termini Latini* in tutelis attinet: illud uerum eſt, pleraſque *familias principales* illos agnouiſſe. Adeo, ut prouinciae, *Saxonico iuri* addictae, XXI. annos etiam requirant in principe MAIORI: reliqui autem annos XXV. inſtar Latii. Exemplum in *primo* genere ſit principis ac ducis GOTHANI, FRIDERICI, quem
1) SAXONIAE *ducum*, Gothani 1693. anno aetatis XVII. auguſtiſſimus imperator, LEOPOLDVS ne imploratus quidem ideo, fecit MAIOREM, codicillo concepto die 12. menſis *Sept. an.* CIƆ IƆ C XCIII. ob cognitam principis pupilli ſingularem *uirtutem*. *Veniae aetatis* libellum exhibet LVNIGIVS *in archiuo part. ſpec. contin. II. in Saxonicis n. 154.* Nam *Saxoniae* duces ante annum aetatis XXI. abſolutum *maiores* non fieri, agnouit uer-
An. 1654. bis ac tabulis ERNESTVS PIVS, dux *Saxo Gothanus* in teſtamento anno CIƆ IƆ C LIV. ſcripto, quod *n. 104.* habetur *ibidem.* In *altero* autem Latini iuris termino aetatis
b) MEKLENBVRGICI 1573. XXV. annorum MEKLENBVRGICVS dux exemplo ſit: qui in ultimis tabulis, anno CIƆ IƆ LXXIII. ſcriptis, clare definiuit: *Ferner wollen wir, daſs beyde unſere ſœhne, biſs ſo lange der ältiſte XXV. iahre* VOLLKOMMLICH *alt und* SEINER *ſelbſt* MÆCHTIG *worden, beyſammen bleiben ſollen* idemque ſaepius repetitur deinceps. Teſtamentum exſcripſit LVNIGIVS *ibidem n. 6. p. 502.* in Meklenburgicis. Quid?
c) WVRTENBERGICI 1693. quod WVRTENBERGICVS dux *Eberhardus Ludouicus* XVII. annos natus pariter requiſiuerit ſitque conſecutus *ueniam aetatis* anno CIƆ IƆ C XCIII. quod ſibi quoque legem dictam crediderit QVINOVICENNARIAM. Imperialem codicillum pariter dedit LVNIGIVS ibidem *n. 45.* in *Wurten-*
Repoſitio. *bergicis.* Verum facta haec eſſe, ut centum alia, ex cautione ſuperfluente & ſuggeſtionibus adminiſtrorum palatinorum, qui non alia, quam Latii iura docti fuere: illud quidem eſt, quod perſuadeo mihi omnino. Hi autem neque *ſucceſſoribus* ſuis neque principalibus *familiis*

aliis

aliis potuere imponere Latii iugum, principali dorso indignum prorsus. Nam *comitiali decreto* opus esset in tali argumento. Quod, nisi ostendatur, frustra sunt imperitorum administrorum offuciae. Et cum *Wurtenbergico* iure *uirtus* maiorem faciat agnita iudici, imo *matrimonium* atque peculiaris *oeconomia*, quod *cap. IV.* §. 14. ostensum: quis quaeso! *principem* arctiori limite tenuerit, quam *subditum?* Dixi egomet idem administris principalibus, cum anno CIƆ IƆ CXV. adsiderem indulgentissimo duci in conuictu. In *Saxonica* autem *domo* olim nemo uel somnians credidit; principes eius intra carceres teneri *iuris prouincialis*. In nouissimis autem seculis alicuius conuersionis nec uola nec uestigium. Vt adeo *iugum prouinciale* principes, qua facilitate ab administris suis acceperunt; eadem iterum illud excutere poterunt, rectiora docti. Nisi de *imperiali* constet *decreto*. Memini hac occasione colloquii principalis, cum FRIDERICO *duce* anno CIƆ IƆ CC XXIV. habiti in *Altenburgensi palatio*. Cum enim in hoc principe eluceret animus excelsus; oris facundia insignis; habitus augustalis uere; doctrina etiam in omni litterarum genere singularis: ueniae aetatis, ab imperatore indultae ultro, causas demum intellexi, id est, praecurrentem annorum numeris uirtutem. Ad extremum quod de *iuris Romani* receptu patrio dicitur: illud dissoluitur uno ictu. *Priuatas* leges receptas in gratiam *priuatorum* ac *subditorum*: non principum imperantium. Etsi *Camerae imperialis* adsessores peccarunt praeiudiciis: illa tum habenda pro inanibus. Quod sententiae eorundem faciant ius necquicquam. Ex quo tamen his moribus palatinis utimur: nolim consultor esse rerum administro, migrare hos limites, sine AVXILIO IMPERIALI.

In Wurtenbergicis.

Saxonicis.

Gothanis.

c) *Ad iuris Romani receptum.*

CAP.

CAP. VII.

De iure NATVRAE in pubertate finiendaque TVTELA.

I. NATVRAE errans incerto PVBERTAS & aetas MAIOR.

VTi corpora hominum nunc citius pubescunt, nunc serius: ita tempus, quo sapere incipiat mens, certo non potest definiri. Sunt praecoces animi, qui annos praecurrunt in recto rationis usu: sunt ingenia lenta, quae sapiunt non nisi sero. Igitur naturam, per diuersa hic tempora errantem, frustra incluseris mensura & limite eodem. Dicteria sunt, uulgi ore probata: aliquos populos *trigesimo* demum anno recte intelligere ac uti ratione. Hi ergo, quod se suaque ante regere nesciant; sub *tutela* aut *cura* agent etiam *tricennarii*. Imo cum aliquibus infirmi animi sint usque ad tumbam: hi nullo unquam tempore suae tutelae relinquendi. Idem hoc est, quod Aristoteles edicit: quosdam homines *natura*, horrente alias seruitutem, esse tamen seruos. Cum optimum consilium sit: ut, qui se ipsos regere nesciant, pendeant ab alterius imperio. Haberes igitur *tutelas* omnino *perpetuarias* ac perennes.

Eo PILA & RATIO; non annorum NVMERI.

§. 2. Patet igitur hinc illud: *tam pubertatem, quam tutelae ac curae fines temporis esse incerti, nulla arte aut lege definiendi* periodo stabili & perenni. Ideo naturae decreta secuti sunt olim *Romani* non minus *cap. I. §. 14. 15.* quam *Germani, cap. III. §. 4.* sequunturque adhuc dum *Franconiae* & *Sueuiae* tribunalia *cap. IV. §. 14.* quibus institutum hoc: *tum pupillum dicendum* MAIOREM, *si talem agnouerit* VIRTVS. Quam attendere & aestimare debeant iudices omnino in tutelae limitibus finiendis & indulgendis matrimoniis homulorum.

§. 3.

§. 3. Quid autem in *utriusque sexus* tempore diuerso, statuto per leges *Latii?* Principio negant *medici* puellarum corpora citius pubescere, quam puerorum, qua de re *cap. I. §. 24. 26. 28.* atque *cap. II. §. 4.* Igitur Latii inania aenigmata, tribuentia XII. puellis, XIV. annum pueris *puberibus*, natura explodit omnino. Causam enim arcanam huius discriminis aperuimus *cap. I. §. 26.* in proiecto ad lasciuiam Latio & cito nupturientibus & hirquitallientibus Romanis. Quod cum ita sit, magis illud naturae aduersum, *puellam citius* liberari tutela, quam *puerum;* breuiori tempore aetatis ueniam indulgendam primae, XVIII. anno; quam ultimo, nonnisi XX. Licet etiam hic in *perpetua mulierum tutela* requisiuerimus huic legi praesidium & causam *cap. I. §. 20. 21.* ut adeo in aetate MAIORI opus non fuerit mulierum habenda ratione. Somnia autem delirantium iuris interpretum, licet ceteroquin humanissimorum, sunt: *in puellis supplere aetatem malitiam; puellas ante nasutulas & dicaculas esse, quam puellos; ideoque primas citius sapere, quam ultimos; imo illas ante puberes & maiores ideo dicendas, quam alteros.* Quasi talia satis essent, ad se suaque regendum. Figmenta sunt, quibus illi opus non habent, qui ex *cap. I. §. 20. 21.* didicerunt perpetuam tutelam muliebrem.

Vtrique SEXVI *leges eaedem.*

§. 4. Est praeterea illud iure naturae certum: ut, qui *se* regere queat, etiam sufficiat ille *rebus suis.* Ne animi *uires* statuamus *diuersas*, pro rerum argumentis diuersis. Illud uerum est; in aliis atque aliis rebus opus esse maioris iudicii acumine; damni maioris aut minoris esse pericula metuenda, unde Hungari homunculum eundem, in diuersis causis peragendis, eodem tempore *maiorem* habent & *minorem*, quod uidimus *cap. III. §. 16.* Verum haec interualla subtilioris argumenti sunt: quam ut pateant hominibus uniuersis sine lite & ambiguitate;

Nulla TVTELAE *&* CVRATELAE *discrimina.*

uitandis omnino in naturali disciplina. Vbi utramque paginam facere debet *luculentia* & facilis aliorum adsensus. Et sane in *puberibus* honeste educandis, num minor prudentia ac cura; quam in bonorum, quae habent, frugali administratione? Taceo, damna maiora, in *primis* metuenda; quam in *ultimis*. Sunt igitur Latii discrimina in *tutelis* ac *curis* expungenda omnino in libro naturae. Imo edicti etiam ueritas hinc intelligitur: *gentium omnium concentum ac harmoniam, instar* VOCIS NATVRAE *aestimandam.* Post Romanos enim alios populos nullos inter *tutelam* & *curam* discrimina statuisse: illud supra *cap. I. §. 35. cap. II. §. 6.* & plenius longe in miscellor. *tom. II. lib. IV. opusc. 3. diss. 2. p. 1075. 1076. 1077. sq.* est ostensum luculenter, conducto omnium Europae gentium concentu.

Commixtionem PVBERTATIS *atque aetatis* MAIORIS *improbat natura.*

§. 5. Porro Latii insipidum dogma non agnoscit natura: quasi indicium sanae *mentis* in puero esset, *hirquitallire;* in puella *nupturire;* iidemque sic nuntii maturescentis *corporis* atque *animi*. Illud potius experimur quotidie: eo tempore, quo *corpus uires* nanciscitur, *animum* esse *imbecillum* ac debilem; tentatum ac impetitum illecebris ac stimulis ad libidinem, luxum, rixas, odia, iras, uindicias, otium, anomiam. Quare ad haec tempora usque minus fere opus *regimine alieno* ei, qui bonus est, quia nescit mala uersaturque in illorum optima ignoratione. Contra tum requiruntur frena & capistra; ubi corpus incipit feruescere, ebullire aestu, adsilire, ruere, furere, errare, uagari extra limites & leges. Vnde neque haec Latii schemata inania & argutiae ulli populo ad palatum alias: *ob oris pubem soluere aliquem tutela; sibi relinquere suoque arbitratui; neque curatorem dare, nisi uolenti; nisi ob causam; nisi ad litem,* cetera. Quae supra *cap. I. §. 9. 10.* reprehendimus uerbis & rationibus abunde. Neque enim calculum in regno *naturae* merebuntur illi: qui

qui perhibent, pubem & pilos nuntios esse adolescentis iudicii.

§. 6. Demum lex Latii QVINOVICENNARIA longior est iusto, quam ut illa debeat, ex naturae decreto, expectari. Vt interim adolescens eludere & fallere possit contrahendo aut fidem dando uel in integrum restitui. Qui enim maturius non sapit: sapiat ille cum Phrygibus luatque damnum, suo facto contractum. Sane circa XX. aetatis annum si non deferbuit sanguis & remisit ab impetu puerili: tamen moderatione quadam temperatus est; ut, quid consultum uel minus; aequum uel iniquum; nociuum aut conducibile sit, animus possit uel ipse decernere uel consulere ideo prudentiores. Quapropter haec etiam tempora usu se probauerunt omnibus populis, quod *cap. II. III. IV. V.* ostensum, ut sufficiant aetati MAIORI: Romanorum autem iuuentus longissima, XXV. annorum, calculos habuit meruitque nullos. Nam secula nouissima, in hoc argumento, iuris iam Romani superstitio regit: non trutina rationis. Neque est, quod huius aeui incuses corruptelas maiores, ut propterea aetas MAIOR prolata quinquennio: nam corrumpere & corrumpi suo tempore etiam seculum dixit TACITVS *de M. G. c. 19.*

Lex QVINOVICENNARIA *longior spatio* NATVRALI.

§. 7. Refert tamen omnino plurimum; ut MAIORIS aetatis LIMITES statuantur certi tam *subditis*; quam *imperantibus*. Ad lites euitandas, quae metui omnino debent ex tempore, posito in sola VIRTVTE. Vbi requirendum: penes quem sit, de hoc spatio decernere? In *subditis* hoc expectandum a legislatore. In *principibus* formula regni hic distinguenda & consideranda sigillatim. In *patrimonialibus* regnis *uoluntas imperantis* ualet, populo uoce aut litteris recte declarata. In *hereditariis* praeterea opus est consensu eorum, quos tangere potest *succedendi* ordo. In *electitiis* omne punctum dan-

Quis I. naturae decernat aetatem MAIOREM? *a) in subditis? b) principibus?*

dum *ordinibus*. *Mixta* autem *regna* etiam *mixta uoluntate* opus habent, eodem, quo temperata sunt modo. Quae axiomata frustra impetit HERTIVS *de tutela regia I. §. 10.* Demum illud uerum est, quod annorum haec spatia non ita sint aeterna: quin eo modo, quo statuta ac stabilita sunt, iterum possint conuerti ac mutari.

Interpretes I. naturalis. §. 8. Religioni nobis duximus; in hoc *capite*, in quo sola *natura* & *ratio* regnare debet, nominare autores. Ne hic aliquid dedisse uideamur his diuerticulis aut latibulis. Indice digito tangunt hanc causam GROTIVS *lib.* II. *de iure B. & P. c. 11. §. 5.* Nam loca eius tutelaria alia huc non pertinent. Deinde PVFENDORFIVS *lib.* III. *c. 6. §. 4.* qui huic etiam uerbis succinit. Plures euoluant illi, quibus id uolupe est. Nos in hac sparta non tangimur aut capimur sensu alieno.

CAP. VIII.

De IVRE ac institutis GENTIVM Europae in pubertate finiendaque TVTELA.

IVRIS GENTIVM significatus. 1) pro iure hominum. 2) moribus populorum a) domi cum sui. b) foris inuicem.

IVris gentium* significatus multiplices. Romanis fuerat idem, quam *ius hominum*, distinctum a brutorum *animalium* instinctu, quibus iura nostra pariter *rationem* tribuerunt cum *Stoicis*, quod nostro aeuo, in tanta *mechanismi* luce, minus ad palatum. Deinde accipitur ius gentium pro *moribus*, quibus *gentes plures* utuntur, idque uel *domi* uel cum *aliis* inuicem. Quorum concentus, ueterum iudicio, aestimandi instar *uocis naturae*. Imo *communia instituta*, usu cultuque, stabili ac perpetuo, gentibus solennia, quoties inuicem agunt, migrare & uertere uelle, ausu licentioso positoque extra limites arbitrii alieni, illa quidem nouitas & insolentia pariter solet improbari & trahi in contumeliam ab aliis idque omnium gentium adplausu accessuque.

que. Faciunt huc ritus, quo audiuntur aut dimittuntur legati; quo excipiuntur aduenae principes in prouincia aliena; quo dignitates, etiam gentilitiae, ab una republica collatae, aestimantur ab aliis quibusque censu eodem, cetera. Talia siue *decori* siue *iuris* uerbo adpelles, illud quidem perinde est, dummodo uerum hoc sit, quod, sine iniuria, nequeant omitti, negligi, conuerti. Quod semel placuerit sitque usu probatum & tacitae uoluntatis consensione.

§. 2. Quid igitur nunc dicendum in aetate MAIORI? Sane hoc argumentum cuique reipublicae est singulare: quae uel ex naturae decreto in principe suo VIRTVTEM expectat uel definit annorum NVMEROS lege positiua. Quae *publica iura particularia* sunt: non *uniuersalia*, continenda ideo intra singularis populi limites. Adeoque aliae ab aliis hic non accipiunt ullum modum aut mensuram. Licet illud sit uerum nihilominus; ad principis aut subditorum pacandos animos, siquidem in his dissenserint, conferre plurimum exempla aliena. Cum quod semper in his suspecta insolentia aut nouitas; tum quod uiam tritam facilius sequamur, quam nouo instituto demum pertringendam acumine rationis.

PRINCIPALIVM *exemplorum nulla iura; sed* VIS *maxima.*

§. 3. Exigit ergo ordo, ut doceamus, quam AETATEM in principe nouello requirere soleant regna & respublicae hodiernae. Non quod unius instituta obligent alteram: sed quod illis, quae adhuc usae sunt iure naturae habueruntque in oculis candidati purpurati VIRTVTEM solam, ita omnium reliquarum unus sit conspectus, unde eligere possint illud, quod ad cuiusque palatum, pro populi, plagae, augustalis domus, genio, indole, rationibus.

Vtilis inde HISTORIA TVTELARIS *principum.*

§. 4. Sane GALLIAE populi sibi uidentur ideo citius sapere, quod maturius aliis REGEM adpellent MAIOREM, puerum annos XIV. natum: quod quidem supra *cap. III. §. 9.* iam ostendimus. Lex lata mense sextili CIↃCCCLXXIV.

I. GALLIAE *regni anno* XIV.

an. 1374. Eademque lecta & adprobata d. 13. kal. Iun. mensis an. CIↃCCCLXXV. in senatu Parisiensi. Verba illius sunt haec: *Lege nostra* (Caroli V.) *edictali & irrefragili ac in perpetuum ualitura, definimus & sancimus: ut, si nos uel successores nostros decedere contigerit, qui princeps XIV. annum NB. attigerit, eum* PVBEREM (rectius maiorem, quia pubertas naturae & oris) *statuimus & decernimus reputari ac si esset XXV. maior.* Quae sanctio paterna iterum
an. 1392. confirmata est a CAROLO VI. successore an. CIↃCCCXCII. ritu festiuo ac solenni regno uniuerso. Exhibent edicta haec plures, FONTANANVS; CORBINVS, collectores eorum alii. Est tamen illud singulare: quod, licet non *regat*, puer annis *tredecim minor*, tamen sit *inaugurandus* diademate; omnia, illius nomine peragenda, insigniendа ac promulganda, mandata, decreta, epistolae, codicilli, nummi, lapides, leges, edicta ceteraque abstinendumque in his a nomine REGENTIS. Quod plenius ac latius docent *Thom.* CORMERIVS *in codice Henrici IV. lib. VII. tit. 1. c. 1.* MORNACIVS ad *D. l. 3. de LL.* PASQVIERIVS *liu. V. des recherches de la France chap. 5.* LIMNAEVS *in notitia Gall. lib. I. c. 8. p. 211. sq.* atque *lib. II. c. 3. p. 335. 345.* aliique innumeri. Aetatulam tamen hanc nihil praesidii in MAIORI aetate tribuere subditis, diximus *cap.* III. *§. 9.* Inde hoc uolunt proprium esse REGIBVS, uersu laudato ad hunc finem:

CAESARIBVS *uirtus contigit* ANTE *diem*,

Illudque MARONIS *IX. Aen. u. 311*,

ANTE *annos animumque gerens curamque* VIRILEM.

Memorabilia sunt, quae habet GRAMONDVS *lib. I. an. 1614. p. 527.* Nouissimus tamen nostri aeui rex etiam ante non diademate cinctus & inauguratus fuerat, quam XIV. aetatis annum attigisset. Tutore carens porro; instructus solis rerum administris.

§. 5.

§. 5. Addere solent ad MAIOREM regis aetatem *annum unicum* POLONI. Quod, in tanta huius populi licentia ac libertate, mirum omnino. Vt tempori parcamus & otio, loquatur domesticus eorum iureconsultus *Nicol.* CHWALKOWSKIVS *lib. I. cap.* §. *6. p. 27.* Cuius uerba sunt haec: *Ita* SIGISMVNDVM *Augustum, patre uiuente regem nominatum & X. duntaxat anno* CRACOVIAE *sacro diademate solenniter coronatum esse, legimus. Iis tamen conditionibus, ut a curis regni* ABSTINERET *& quando siue uiuo patre siue post mortem eiusdem, ad aetatem legitimam, hoc est, ad annos XV.* COMPLETOS PERVENERIT, *iura omnia confirmaret & ne, per hoc exemplum, liberae deinceps electioni aliquid derogaretur. Quo de pater per diplomata, Cracouiae* CIↃ IↃ XXX. *& Petricouiae* CIↃ IↃ XXXVIII. *data cauit decreuitque.* Igitur diadema conferre solent Poloni etiam infanti; sed clauum reipublicae nulli committunt, nisi XV. annos nato. II. POLONIAE RR. *an.* XV.

§. 6. In MAIORI aetate LATII IMPERATORVM aestimanda illud certum est, exemplis plurium: quod annos XIV. nati & quandoque antea, ceu *puberes* facti, praetexta posita & induti toga uirili, conscenderint imperiale fastigium. Plenius ea de re *Henr.* DODWELLVS *in praelectione Camdeniana V. p. 245. sq. & X. §. 9. p. 375.* atque THOLOSANVS *de republ. lib. XXVI. c. 5.* De GERMANICIS imperatoribus factis MAIORIBVS, aetate admodum incerta, puerili tamen admodum, scripsimus *cap. V. §. 10.* Num uero, inde a temporibus IOSEPHI imperatoris definitus sit annus XVIII. ea quidem lege; ut administratio imperii sit penes VICARIOS eousque, dubitauimus ibi pariter &, quae nostra sit sententia, diximus late ac plene. Quo liceat hunc locum remittere. III. IMPERATORES S. R. I. *an.* XIV.

§. 7. In ueteri SVECIAE regno licet olim VIRTVS sola principes fecerit MAIORES: demum tamen eius aetatis limes adligatus est anno XVIII. eiusque ingressui. Prodit IV. SVECIAE RR. *anno* XVIII.

dit nobis illud *Michael Wexionius* GYLLENSTOLPIVS (*de* aurea columna) professor Aboensis *in politica sect. II. c. 1. §. 11. p. 178.* uerbis, quae sequuntur; *Anno aetatis* XVIII. *cura & fasces reipublicae demum committi solent nouo regi & tutela* (senatorum V. cum Drotzeto) *cessare. Eodem aetatis anno* MAGNVS ERICI *R. S. administrationem regni suscepit. Idem in* GVSTAPHO ADOLFO *factum; in regina* CHRISTINA *filia eius, non sine singulari reipublicae emolumento.* Eundem Suecis *limitem* ponunt THVANVS *lib. 131. ad an. 1614.* atque LOCCENIVS *lib.* VIII. *an. 1611.* & *lib. IX. an. 1644.* Qui pariter euoluendi. Sed CAROLVS XII. anno CIↃIↃCLXXXII. editus in lucem, mor-
an. 1697. tuo anno CIↃIↃCXCVII. parente, non multo post accessit ad regimen anno aetatis XVI. Nam in conuentu, exequiarum ergo patris, instituto, Leuenhauptius tentauit proceres: num eorum iudicio rex puer adpellandus MAIOR? Obstupuere omnes: quod non solum obesse uiderentur tabulae paternae; sed etiam instituta maiorum, statuentia regi XVIII. aetatis annum. Reposuit ille; VIRTVTEM in adolescente spectandam; non annorum NVMEROS inanes. Cum haec dixisset, exemplis conductis aliorum, qui in hac aetate reipublicae clauum accepissent in manus, demum secedit in atrii dextram, inclamatque: *ut, qui iam regere uellent principem adolescentem, conferrent se ad latus; ab ipso in conclaui occupatum.* Succedit unus alteri & nemo cunctari uoluit, ne mora ei adferret suspicionem aut iram regis nouelli. Igitur, suffragiis, secessu collectis, derogarunt maiorum institutis in lege OCTODECENNALI atque XVI. annorum adolescenti Carolo XII. fasces regni Sueciae demandarunt *die 9. mensis Nouembr. anno* CIↃIↃCXCVII. Auiae ac septemuirorum tutela, cui in testamento paterno iussus ideo fuerat parere, omnino finita.

§. 8.

§. 8. In SCOTIAE regum aetate MAIORI occurrit historia admodum singularis & momentosa ualde. Nam referunt domestici illorum annales: *quod ex lege* FERGVSII *regis,* qui legumlator Scotiae, instar Numae in Latio, *puberes demum reges facti, annos nati XXI. Verum displicuisse hoc multis seculis post* KENNETHO III. *regi anno 1000. Qui ideo in oratione ad populum habita legem unouicennariam, in principum aestimanda aetate, habuerit iniquam & longiorem iusto.* Praesertim, quod *uirtus* hic agnoscere debeat *maiorem.* Imo, cum neque puero regi desint rerum administri, neque tum male consultum iri regno & quae reliqua. Sublata igitur constitutione Fergusiana, *senatusconsultum* regni his uerbis fuisse conceptum: *Rege, adhuc* IMPVBERE, *insignem uirum prudentia simul & opibus, qui ad XIV. regis annum in regni sit* ADMINISTRATIONE, *communi primorum consensu dicito.* EO ANNO EMENSO REX IPSE LIBERAM REGNI ADMINISTRATIONEM ADSVMITO. *Ceterorum heredes, patribus defunctis ad* XXII. *aetatis annum sub tutatoribus curatoribusque contineto.* Summatim haec attingit *Ioh.* LESLAEVS *lib. V. rer. Scot. ad an. 1000. p. 188.* Sed plenior hoc est *Hector* BOETHIVS *lib.* XI. *Scotor. hist. p. 231. 232.* In gratiam filii haec orauisse & obtinuisse regem a populo, iidem testantur. V. SCOTIAE RR. *anno* XIV. *Lege* KENNETHI *an.* 1000.

§. 9. HISPANIAE INFANTIBVS, quo nomine filios augustales adpellant, in regimine suscipiendo annum aetatis XX. finitum esse, scripsimus supra *cap.* III. §. *19.* atque *cap.* VI. §. *9.* Quae constitutio etiam laudata pluribus aliis, *Caldasio de* PEREYRA ad l. *si curatorem habens C. de in integr. restitut. min.* CHOPPINO *de moribus Parisior. lib.* II. *tit. 3. n. 2.* Neque tamen obfuerat illa piissimo huius aeui regi, quin, ante hanc aetatem, positos ultro regni fasces traderet in manus filii primogeniti LVDOVICI I. *Hispaniarum regis,* nominis eiusdem. Qui tamen anno CIↃ IↃ CC XXIV. morte praematura praereptus, patri ite- VI. HISPANIAE RR. XX. *anno.*

 rum

rum locum fecit ac reditum ad regni gubernacula, licet recepta ab eodem satis inuite, quod maior illi diuinioris otii cura ac pretium. Et sane contraxit forte uela Hispaniae etiam regnum. Nam *Victorius* SIRI *tom.* III. *lib.* 2. commemorat: *Philippum* II. *Hispaniae regem poenituisse ueteris instituti, quod cum Galliae lege* TERDECENNALI *commutauerit.* Cum praestet, puerum simplicem regnare, quam ex fraude ac scelere compositos tutores.

VII. HVNGARIAE RR. *maiores* VIRTVTE. §. 10. HVNGARIAE regnum MAIORES dicere nonnisi sero ac lente, anno XXIV. aetatis, scripsimus supra *cap.* III. §. *16.* Sed LADISLAVM Hungariae regem anno aetatis XII. suae tutelae datum ac relictum esse, illud quidem fide annalium, commemorauimus pariter *cap.* *V.* §. *3.* Vt nihil dicatur de aetate VLADISLAI XV. LVDOVICI XIII. & LEOPOLDI, regum Hungariae anno XVII. quod *cap. V.* §. *10.* ostensum. Vnde certis esse licet, quamuis Hungariae in subditis ac ciuibus MAIOR aetas serior iusto: in principe tamen iuuentutis, regni successore, praeter VIRTVTEM attendendum nihil in hoc argumento ac passu.

VIII. BOHEMIAE RR. §. 11. Fuerunt procerum Germaniae iudicia haec: BOHEMIAE regem in aetate MAIORI adligatum ad legem A. BVLLAE OCTODECENNALEM. Verum BOHEMICI legati reposuere in *electoralibus comitiis* anno CIↃ IↃ C LVII. plura singularia; cum regi suo LEOPOLDO M. imperii tum candidato quaestio status ac praeiudicialis moueretur, quod suffragator esse non posset in Caesare nominando, nisi XVIII. aetatis anno plene exacto. *Principio* dixerunt, A.B. instituta, cum in aliis causis, tum in hac ipsa, Bohemiae reges obstringere necquicquam. Quod *tit.* VII. §. *5.* doceat, ubi in lege successoria S. R. I. archiprincipum exceptus sit Bohemiae rex nominatim. Deinde *Bohemiae reges* cum anno aetatis XVIII. ingressu MAIORES fieri haud dubie. Imo exempla superesse principum eorum, qui citius, hoc etiam limite, accesserint ad BO-

HEMIAE

HEMIAE gubernacula. Nam LVDOVICI regis exemplum nouissimum ante oculos habendum, qui XV. annos natus & rexerit Bohemiam & in collegio *septemuirali* auditus sit suffragator. Exhibet has argutias PVFENDORFIVS *Rer. Brandenburg. lib.* VII. *p. 1134.* Exemplo laudato addi potest aliud in LADISLAO, de quo supra *cap. V.* §. 2. De subditorum quoque aetate MAIORI in *Bohemia* scriptum est *cap.* III. §. 17.

§. 12. De moribus LVSITANIAE in MAIORI aetate definienda illud prodidit *Iac. Aug.* THVANVS *lib. LXV. ad an.* 1577. uerbis, quae sequuntur: *Post* EMANVELEM *regnauit* IOANNES, *qui plures liberos sustulit ac tandem* 1557. *fatis concessit. Relicto superstite ex omnibus* SEBASTIANO *nepote.* PVER REX *simul ac* MINOREM AETATEM EXIVIT, *hoc est,* XIV. ANNVM ATTIGIT. *Id enim seculi apud nos* (Gallos) *& apud illos, exemplo nostro, iuris est.* HENRICVS *cardinalis patruus, qui* TVTELAM *regni, tanquam proximior agnatus sumpserat, omnem cum tutela auctoritatem a se abdicauit. Quam rex, uana* VIRTVTIS *opinione stolide ferox, auide adripuit* & quae sequuntur deinceps. IX. PORTVGALLIAE RR. an. XIV. MAIORES. *Exemplum* 1577.

§. 13. In regibus M. BRITANNIAE illud reperio; VIRTVTEM elatam laudibus, quoties tempore praematuro rex accessit ad rempublicam. De ARTHVRO rege multa quidem fabulantur auctores; scribit tamen de illo *Ioh.* FORDVN *in hist. Scotor. n. XXV.* definite: *Erat XV. annorum* ARTHVRVS, *iuuenis inauditae uirtutis & largitatis. In quo tantam gratiam sua innata bonitas sibi praestiterat, ut a cunctis fere populis amaretur.* Et tamen *primo* statim anno imperii bella gessisse, uictorias reportasse, omnibus bene fecisse dicitur idem. Vt nequeat, quod sine tutore rexerit, dubitari. In eadem aetate XV. annorum rexit EADMVNDVS in AngloSaxonia occidentali. De quo ita ASSERIVS *in annalib. ad an. 856. Hunbrechtus antistes hoc anno unxit oleo consecrauitque in regem* EADMVN- X. ANGLIAE RR. *maiores* VIRTVTE. *Exempla.* Arthuri *an.* 500. an. XV. Eadmundi *an.* XV. 856.

DVM *gloriosissimum cum gaudio magno & honore maximo, anno* AETATIS *suae XV. die natalis domini.* Succedat exemplum aliud.

Edgari *an.* XVI. 957.

De EDGARO rege adolescentulo narrat *Ranulphus* HIGDENVS *lib.* VI. *polychronici ad an.* 957. Northinbrenses & Mercenses *Edroinum pro mala uita sua expulerunt & fratrem suum* EDGARVM XVI. *annorum existentem, in* REGEM *leuauerunt. In cuius Edgari exortu audiuit Dunstanus angelos canentes sic:* PAX TERRAE ANGLORVM EXORTI NVNC PVERI. Quasi praematura regis electio probata coelitum adplausu & incantamento. Taceo exempla alia, quae illi conducant, quorum interest, haec firmare ulterius. Verum destruere haec omnia uidetur HENRICI VIII. *regis* ultima uoluntas an. CIↃ IↃ XLVII. Condidit enim ille testamentum: *quo filium unigenam*

Quid in EDVARDO VI. *an.* 1547. *anno* XVI. MINORI *adbuc?*

EDVARDVM VI. *heredem & successorem scripsit; sed ea lege; ut, nisi* MAIOR, TVTELAE *subesset* SEDECEMVIRORVM, *quos hoc fine nominauit ipse testamento pupilli ac regni tutores.* Annos X. natus fuerat *puer regius,* indolis optimae, cuius doctrinam & uirtutem stupuere omnes, instar portenti adolescentiae senilis. Sed tamen *sexennio* integro, quo adpellatus est rex, illud consequi non potuit, ut *suae tutelae* relinqueretur, etiam XVI. annos natus. Nam celebris *biographus* EDVARDI VI. clare scribit: *Eduardus rex nondum* XVI. *annos natus,* Grenouici *animam exhalauit* anno CIↃ IↃ LIII. Iulii *nempe* VI. *Cum annos* VI. *menses* V. *diesque* XIX. SVB TVTORIBVS REGNVM *tenuisset.* Sed cum in hereditario regno nefas sit, testatorem definire terminum MAIORIS aetatis suo successori, filio licet, quoniam ita iniuria fit formulae regni, a maioribus institutae, quod *cap.* VII. §. 7. dictum: ideo illud omnino requisiueris, quare EDVARDVS VI. paternam uoluntatem non migrauerit? in tanta praesertim laude adolescentuli doctrinae ac uirtutis. Possem dicere, eidem non licuisse hoc ideo; quoniam LEX REGIA in Henrico VIII.

VIII. celebretur, qua populus uoluntati illius omnia regni iura submiserit. Sumpsit tamen idem hoc sibi: *tabulas scribere in iisque definire ordinem successorum.* Num hodie Anglia redierit ad pristina instituta, VIRTVTE aestimantia maiorem aetatem; non annorum numeris idque iure quodam postliminii; illud quidem definiant illius ciues. Ceterum qui MAIORI aetati constituti limites priuato ibi iure, illud ostensum *cap.* III. §. 20.

§. 14. In DANIAE regno uetustissima est memoria FROTHONIS III. PVERI REGIS, qui CHRISTO SERVATORI nato coaeuus. Narrat *Saxo* GRAMMATICVS *lib. V. p. 67.* quod, *defuncto Fridleuo rege, filius* FROTHO VII. *annos natus, concordi Danorum arbitrio, surrogatus sit. Eosdem tamen* INFANTIAM REGIS *a tutoribus excipiendam duxisse. Ne, ob principis puerilitatem, rerum excideret summa.* Verum, licet non prodatur simul, quo anno REX PVER suae tutelae relictus sit: illud tamen MEVRSII *lib.* I. *p.* 16. iudicium omnino probandum, *nunquam infeliciora regna, quam sub regis, licet boni,* PVERITIA. *In qua regem se existimet, quisquis regi sit praefectus.* Vnde PONTANVS *lib. I. rege 24. p. 22.* ueterum annalium fide, refert, *ipso rebus imperii admoto, quae passim inualuerat, dum adolesceret, aulicorum insolentia, paulatim exacta repressaque & regnum celebre redditum aequitate, legibus, uictoriis, trophaeis.* De annorum calculis solicitus est *Arnoldus* HVITFELD *part. 1. chron. in rege XXIV.* Progredimur in *Dania tutelari* ad CANVTVM I. nominis illius an. 891. PONTANI *lib. IV. p.* 115. narratio est haec: *In Dania, post patrem* ERICVM *rerum potiebatur* CANVTVS. *Quem alii* PARVVM, *alii hirsutum* (loderwudt) *cognominatum tradunt.* Pergit SAXO *lib. IX. in rege LIV. p.* 178. uerbis, quae sequuntur: *huius infantia manente, regni pupillique tutor exposcitur.* Quem tum forte electum dicit, ad inuidiam deuitandam ex suffragiis. Tandem claudit

DANIAE RR. maiores ob VIRTVTEM Frotho III. coaeuus CHRISTO.

CANVTVS I. an. 895.

historiam eius: *quod ex pene desperato adolescente uir insperatae probitatis euaserit*, postquam regni clauum accepisset. Luculentiora sunt, quae occurrunt in historia

ERICVS *pius an.* 1288. *aet.* XII. *ac* XIV. ERICI *pii R. Daniae 86. an. 1287.* Licet enim puer DVODECENNIS, ex quo patri successit, *tutores* habuerit cum matrem, tum ducem Slesuicensem: postea tamen anno aetatis XIV. ipse fasces regni suscepit, solenni ideo ritu inauguratus. PONTANI *lib. VII. p. 375.* uerba sunt haec: *Hinc regis coronatio ipso die natiuitatis dominicae, cum ageret iam annum XIV. regium in morem celebratur. Tum & coeptum tractari per matrem eius de connubio.* Quasi

Olaus VI. an. 1376. XI. utrumque tempus uno gressu ac passu ambularet. Hoc rege uno anno iunior OLAVS VI. editus in lucem anno CIϽCCCLXV. Successit auo materno Waldemaro III. ex suffragiis regni procerum anno aetatis XI. Cum igitur in hac aetatula ille non sufficeret rebus gerendis, mater ei data relictaque tutrix. Ita tamen: ut non solum ex hoc tempore nomine solius *pueruli regis* omnia fierent, scriberentur codicilli, promulgarentur leges, signarentur monetae, quod sigillatim notauit PONTANVS *lib.* VIII. *p. 503.* sed etiam, quam primum animi uires consequeretur, omnia perlisterent in illius arbitratu. Hinc suo nomine, uix XIV. annos natus, coegit comitia, gessit bella, dedit leges, indulsit priuilegia omniaque fecit, quae a rege poterant requiri aut expectari. Imo anno

NORWEGIAE RR. *an.* 1381. CIϽCCCLXXXI. uix XVI. anno aetatis NORWEGIÆ rex factus, parentis HAQVINI successor. Si uero matrem, quam SEMIRAMIDEM SEPTENTRIONIS adpellare solent, comitem habuit: illud deinceps ultro ac sponte fecit, non cogente aliquo iure tutelari. Nam, mortuo OLAO VI. an. 1387. *tria* regna *septentionalia*, DANIAM, NORVEGIAM & SVECIAM sub imperium redacta fuisse huius unius MARGARETHAE, nemini est ignotum. Quod cum ita sit, DANIAE *regi* an. 1593. ab imperatore ueniam aetatis, Holsatiae

tiae intuitu, indultam, ne regno *maior* ducatui uideretur minor, indicauimus *cap. VI. §. 3.* superius.

§. 15. Sat exemplorum. Contraham uela. Cum satis hinc doceri ac disci possit: quo iure, in MAIORI *aetate* indulgenda principibus suis, populi Europae omnes fuerint usi. Principio enim VIRTVS ubique reddidit maiores, agnita a proceribus aut ab ipso rege adolescentulo declarata manuque adrepto reipublicae clauo. Deinde NVMERI annorum definiti ad deuitandas lites. Qui iterum uarii ac multiplices XIII. XIV. XV. XVI. annorum. Ita tamen, ut, sine iuris positiui aliquo glaucomate, terminus MAIORIS aetatis ultra XVIII. aetatis annum non fuerit prolatus. Imo etiam *limites*, aetati MAIORI semel statuti, iterum mutati quandoque & nunc contracti, nunc prolati sunt. Accedit, quod *aetatis limitum definitio* facta uel a *rege* solo eoque aut *decessore* aut *successore* uel a *familia* augustali uel a *populi* proceribus; imo quandoque *trium* generum aut *duorum* consensio requisita. Ex quo multiplicum scenarum theatro facile nunc est, ad seligendum ac imitandum illud, quod saluberrimum domui principali ac reipublicae. *Eorum, quae dicta, epitome.*

§. 16. Ceterum in BRANDEBVRGICA DOMO, unica forte in orbe uniuerso, illud cum iureconsulti tum historici referre solent inter quaedam praecipui iura: QVOD NESCIAT ILLA IN SVIS, inde a rerum principio, TVTELAS AVT CVRAS. Nullo enim unquam tempore contigit: *archiprincipem Brandeburgicum obiisse, relictis pupillis impuberibus aut illis, qui non fuerint plenae aetatis,* quam principes requirunt. Adeo enim in illa diuini edicti gratia & ueritas elucet exemplis: VT SIS LONGAEVVS SVPER TERRAM. Cumulet has fortunas optimum numen, etiam in FAMILIA REGALI PORVSSICA, propagetque illas in secula omnia; adaugeat PORVSSICOS NESTORES nume- *In PORVSSIAE RR. & electoratu BRANDEBVRGICO exulant TVTORES.*

numeris ac annis; auerruncet tutores; auertat tutelas a GENTE AVGVSTALI faciatque etiam deinceps, ne aeternum in PORVSICA iuris publici prudentia opus sit ulla quaestione tutelari!

CAP. IX.

Problemata FORENSIA in *pubertate* finiendaque *tutela.*

Corollarii causa.

NE operas uideamur perdidisse in tam longa, difficili ac multiplici *iurium in pubertate finiendaque tutela* indagatione & explicatione, speciminis instar, *decisiones* addemus causarum huius generis, in tribunalibus & olim & nostra aetate actarum, ut quaeque nobis in mentem uenit ac manum.

PROBLEMA I. *Num definire aetatem successoris, penes principem* DECESSOREM? HERTII *argumentum I.*

§. 2. Principio illud solet requiri ac disputari maximopere: *num,* MAIORI *successoris aetati tempus definire, sit penes principem decessorem?* Dare solet hoc GROTIVS *lib. I. c. 3. §. 15.* regi ac principi tum, si regnum aut prouincia in eius sit patrimonio, ut illius formulam suo arbitratu possit fingere ac uertere, Sed HERTIVS *de tutela regia sect. I. §. 10.* impetit enuntiatum argutiis, quas mittemus sub examen. *Principio* dicit, etiam in hereditariis regnis credendum, quod populus in regem transtulerit cum alia iura; tum etiam haec, ut limites statuat aetati *maiori,* in qua successoribus dandum regimen.

Repositio.

Repono; credi hoc non deberi temere. Nam in hereditario regno nequidem *priuata* iura statuere potest princeps; a quibus recedere nequeat successor pro arbitratu: multo minus publica. Deinde rex hereditarius non *format* regnum; sed *formulam* regni etiam in tempore successorio accipit, quam ei non licet uertere. Accedit, quod consanguineorum intersit pariter, ne tempus succedendi,

cedendi, per instituta maiorum aut definitum aut relictum, ex nutu pendeat decessoris. *Deinde* urget, tot tamen principum tabulas superesse, in quibus aetatis MAIORIS tempora nunc contracta sint: iterumque prolata. *Repono;* qua facilitate illi talia inseruerunt suis testamentis, ut sui successores, exempli loco, regnarent demum XV. XVI. XVII. XVIII. aut etiam XX. aut XXV. annis; eadem facilitate hi talia floccifecerunt idque iure meritoque. Neque hic pietas paterna extendenda est eo, ut ualeat extra paternae potestatis limites. *Demum* prouocat exempla diuersorum *regum* ac principum, qui id sibi sumpserint statuerintque suae domui tempora *aetatis certa,* in quibus debeat demum successoribus clauus reipublicae committi ac demandari. Quorum numeros longe uberius instruere nunc posset ex nostro armario cap. VIII. instructissimo. *Repono:* exempla haec ius non facere. Nam, quod in Gallia est factum, illud constitutum ex ordinum Galliae consensu communi ac solenni, non ex intercessu regis solius *cap.* VIII. §. 4. Quod uero *Dani* hoc regi suo dederint sigillatim: *ut caueret de futuri regis tutela;* illud regulam potius destruit, tantum abest, ut firmet. Nam ideo fuit hoc in regis uoluntate; quod ei hoc dederit populus uel XIIuiri, ut *Ioan.* DOLMERVS *iuris aulici c. 3. not. g.* Certo indicio non fore; nisi ille hoc daret. Ita explicanda sunt, quae THVANVS *lib. 120 ad an. 1598.* habet & de Suecis narrat PVFENDORFIVS *in hist. Caroli Gust. lib. VII.* §. 7. ad an. 1660. Imo si ex consilii rationibus aut iuris ignorantia successor stetit uoluntate ac tempore defuncti; illud ideo non dandum iuris rigori ac rationi. Perstat igitur illud: *aetatem* MAIOREM *definire, non esse principis uel testatoris uel legislatoris.* Verum requiri praeterea tam consanguineorum, quam populi liberos consensus. Ceterum, quod ridet illos, qui *patrimonialia* regna proscribant ex iure naturae; illud huc facit parum. Nam

Argum. II.

Repositio.

Argum. III.

Repositio.

ſufficit, cauſam ſuccedendi eſſe tum in deceſſore quaerendam adeoque illius uoluntatem attendendam omnino. Licet ceteroquin alibi dixerimus, ſeruilia imperia mancipia magis; quam homines decere. Vt adeo doctrinae de illis omnino requirant temperamentum.

II. PROBLEMA *Num S. R. I.* PRINCIPVM *ſit, domui ſuae aetatem deſtinire* MAIOREM? *Argutiae.*

§. 3. Fidenter addit HERTIVS: *quod principes Germaniae in ſua domo definire omnino poſſint, quo anno aetatis debeat regimen ſubire ſucceſſor?* Laudat in his MYLERVM *de princ. Imp. c. 29. §. 3.* ſcenae ſuae inſeruientem omnino. Accedit, quod *capita V. & VI.* inſtructiſſima ſint exemplis eorum Germaniae principum: qui in ultimis tabulis adſtrinxerint ſuos ſucceſſores, nunc filios, iterum agnatos, ne adripiant reipublicae clauum, niſi uel XVIII. uel XXI. uel XXV. annos nati.

Repoſitio *multiplex, intuitu* a) *Caeſaris*

Repono; hoc Germaniae principum nulli dari poſſe ſine iniuria in Caeſarem; imperium; canſanguineos; ſucceſſores ſigillatim; uniuerſim populum ipſum. Nam principatus Germaniae clientelares ſunt & beneficiario nexu addicti Caeſari ac imperio: ideoque nefas eſt, uaſallos uel citius iuſto obtrudere domino uel iuſto longius detinere, quin fidem obſequiaque eidem praeſtare queant. Siue igitur ſucceſſoria tempora lege naturae teneantur, ut *uirtus* agnoſcat maiorem; ſiue clientelaribus inſtitutis, ut XVIII. annus ſufficiat: neutrubi dabitur aliquid deceſſoris uoluntati, licet ultimae.

b) *conſanguineorum*

Deinde cum patriae principatus *feuda* audiant ex *pacto* & *prouidentia maiorum* ſintque ita inſtar familiae fideicommiſſorum; fiduciarius heres nihil agit, in onere impoſito fideicommiſſario heredi, ut pendeat in tempore utendi fruendique fideicommiſſo a uoluntate, licet ultima, deceſſoris.

c) *ordinum prouincialium.*

Tandem uti iura *publica particularia*, praeſertim ex more maiorum, pendere ſolent a comitiali ordinum prouincialium decreto conſenſuque: ſic extra oleum uerſabitur princeps teſtator in his, quae tangunt curas alienas.

Imo,

Imo, in tutelari principum causa, omne punctum fere dandum ordinibus, illud nullibi clarius patet, quam in *Austriacis*, cuius specimina habes *cap. V.* §. 3. eo etiam tempore, quo penes illam domum summa imperii. Neque legitur, augustissimos imperatores, his ordinum suorum iuribus uel moeruisse uel contradixisse unquam. Accedit, quod ipsi principes testatores intellexerint, in his tabulas suas inanes fore, nisi tam ordinum consensu comitiali, quam autoritate imperiali fuerint corroboratae, ut *cap. V.* exempla offenduntur. Licet neque ita legibus satisfactum fideicommissi, a filiis & consanguineis urgendis omnino. Conatus igitur principum tueri nequeo, ut potius illi, ut centum alia, tribuendi insolentiae & suggestionibus imperitorum administrorum, qui praesidium ac diuerticulum inane requirere solent ex Latii dicteriis & umbratili fauore ultimarum uoluntatum. Vnde neque meliori censura digni iuris publici consulti, qui talia profundere solent calamo, commentis priuati iuris tincto, non instructo uel lege uel consuetudine imperiali. Vertendus omnino stylus & talia expungenda, licet omnem ceram occupauerint, nisi peruerti uelimus pristinam Germaniae principatuum indolem ac rationem.

d) *testatorum.*

e) *exemplorum.*

f) *iurecon-sultorum.*

III. PROBLEMA: *num* ORDINVM *prouincialium sit, definire aetatem* MAIOREM? *Rationes a) negantium.*

§. 4. Statim dixi: *in re tutelari principum momenti plurimum datum olim fuisse prouinciae ordinibus* darique Austriae etiamnunc, ut *cap. V.* §. 3 scriptum. Requiritur ergo: *utrum penes ordines sit, definire principi aetatem, ad regimen idoneam?* Neque hoc puto satis esse. Licet enim illud testatissimum sit atque ipsis imperatoribus confessum, quod *ordines prouinciae*, stirpe regnatrice *Carolidarum* extincta, non acceperint *formulam* principatus; sed dederint suis principibus libero arbitratu, cum qua postea illi oblati imperatori ac imperio indeque recepti nexu clientelari; deinde, gente princi-

pali extincta, imperatores illis non obtruserint principes nouellos, sed initiauerint eos ritu beneficiario, populi iudicio nominatos; praeterea eo tempore, quo *uirtus* agnouerat *maiorem*; haec ipsa quoque aestimata ordinum censu iudicioque, exemplo Austriae *cap. V. §. 3.* post: nihil insolentiae habuerit quoque illud, populum *limitem* certum definire *aetati* eorundem, qui debuerint in principatu succedere, more pagi Mansfeldensis, de quo mox sigillatim: cum tamen *formula* cuique principatui iam praescripta indeque ius quaesitum *familiae* principali *imperioque*, quam nefas est, uertere nunc aut migrare, in alterius incommodum aut iacturam; deinde, si quid factum peccatumque sit alicubi, conatu licentioso aut tolerato ex singulari indulgentia: ideo non putarem, iure componi ac constitui *formulam* nouam, in his maxime, ubi alterius interest, hoc fieri. Quo censu *tempora aetatis* aestimo, quae principi opponi debent, quin adeat regimen aut adeant citius iusto. Quare, si aliquid in his statuendum, consensione opus erit omnium eorum, quos causa haec tangit, imperatoris, imperii & consanguineorum.

b) adfirmantium.

IV. PROBLEMA: *num sit hoc* VALVASSORVM?

Exemplo MANSFELDENSIVM:

§. 5. Est uero illa iniquitas longe maior & acrior: si *ualuassores* (*) id est, *subuasalli* in eo conspirent statuantque *subdomino* suo alium MAIORIS aetatis limitem, quam leges iubent prouinciales uel sibi hoc sumere uelint *subdomini* ipsi consanguinei, mutua conuentione. Exhibet LVNIGIVS *archiui tom. IV. in Mansfeldicis num. 85. tabulas*, in quibus, pacto comitum consanguineorum, MANSFELDENSIBVS *comitibus* MAIOR aetas statuta ac definita XVI. annorum, in qua subire debeant regimen

(*) Docere potuit nemo adhuc: unde *ualuassor*; *uauassor* sua etyma? Ineptiunt in illis omnes torquentque uerba & sensus praeter rem huc & illuc. Est enim *uauassor* dictus, quod *uassoris uassor*, id est, *subuassor* & *ualuassor*, quasi *uasalli uassor*, subuasallus. Hinc alio nomine *ualuassores* audiunt *minores* uasalli, id est, agentes in clientum clientela.

comi-

comitatus. Quod magis eſt, aliud DIPLOMA habetur, anno CIↃCCCCLII. uerbis conceptum munitumque *ualuaſſorum*, conſpirantium in hoc inſtituto, adpoſitis XXXVI. *ſigillis:* in quo Mansfeldenſibus comitibus uia aperitur ad regendum ſua, ſi XV. aetatis annum inchoauiſſent. Inde concors omnium fere ſcriptorum erratio, *Mansfeldenſibus priuilegium* eſſe *imperiale*, quo anno unico ſerius ſapiant, quam Galliae reges, ſi quidem XIV. aetatis annum fuerint egreſſi. Quorum nomina dedimus *cap. IV.* §. 7. ſuperius. Eſt igitur huius loci omnino, quid de hoc inſtituto ſentiendum, uocare ſub incudem iuris. Sane *utrinque* peccarunt comitum conſultores. Nam ſi, intuitu *rerum* & *feudorum* S. R. I. addictorum, absque principe intermedio, ſibi adrogarunt gubernacula citius iuſto in aetate parum matura: neglectus Caeſaris imperiique non uacat conuicio &, quae *cap. IX.* §. *4.* diximus, hic ſunt repetenda omnino. Praeſertim cum in principum Germaniae *hiſtoria tutelari* non exemplum occurrat huius licentiae ac procacitatis; ut aliquis ſuae *domui* indulgere uoluerit *priuilegia maiorennitatis*, ea quidem immoderatione & inconſiderantia, uti ſibi, quod lubet, licere crediderit, Caeſare inſciente & inconſulto. Si autem in aliis regionibus, ubi *iure prouinciali* tenentur, ſibi ante iura maiorum uoluerunt tribuere, toto coelo errarunt neque hoc fecerunt ſine crimine, in principem & rempublicam commiſſo. Summatim, MAGDEBVRGICO, de quo *cap.* III. §. *21.* & SAXONICO iure de quo *cap.* III. §. *21.* maiores demum fiunt annos XXI. nati; quo ipſo etiam DVCES SAXONIAE uiuere etiamnunc, *cap. VI.* §. *8.* ſcriptum: igitur nemo ſibi in animum induxerit, unquam derogare potuiſſe his principum ſuorum legibus comites Mansfeldenſes aut praeuertere, uoluiſſe dominos ſuos immaturis ſapientiae annis.

a) argutiae.

b) repoſitio.

V. PROBLEMA: *num maior aetas XXV. iuris Rom. definita principibus?* *Rationes a) adfirmantium.*

§. 6. Porro superstitio *iuris Romani* tanta quondam fuerat, ut haberetur instar problematis; *num principes & reges tutelae ac curae,* instar subditorum, *addictos esse oporteat ad annum usque* XXV. *absolutum* idque ex lege *Latii?* Torquent se hic *Panormitanus; Oldradus; de Anchorano; Imola; Bartholus & Baldus,* quorum aliquos, animi causa, euoluimus & legimus. Sed *Antonius* CORSETVS in faceto libro *de potestate & excellentia regia part. III, n. 2. 3.* haec nomina & argutias exhibet in epitome, qui ideo potest euolui, neque sine oblectatione mentis rectius imbutae. Scilicet aliqui *adfirmant* quaestionem omnino. Quod animus ante XXV. aetatis annum sit imbecillior; quod opus ei sit eousque rectore alieno; quod maiora pericula timenda ex mala reipublicae administratione, quam priuatorum crepundiorum; quod Dei ira sit, habere regem puerum, *Esaiae c. III. §. 4.* quod inclamet Salomo: uae populo! cui princeps puer ECCLES. X. §. 16. & quae sunt reliqua. Verum enimuero uti etiam ueterum plures hoc negant: ita tamen non rationibus ueris utuntur, sed offuciis argutiarum. Nos repetimus ea, quae iam diximus, *Principio* leges Latii ad iura positiua & uoluntaria pertinent, quibus reges, principes, respublicae non addictae, quae reguntur decretis naturae solius, *cap.* VII. Deinde sacri codicis loca non tam intelligenda de *rege puero,* quam illo, qui uiuit pueriliter, id est, stulte & licenter. *Porro* cum rex etiam puer comites habeat consultores, ab illo pericula minora, quam a sibi prorsus & genio suo relicto homine priuato. *Praeterea* XXV. aetatis annus iusto est longior & *tutelae* ac *curae* discrimina Latii inuenta solius, a quibus aliae gentes prorsus abhorrent *cap. III. §. 16.* atque *cap.* VII. §. 4. *Tum* est cuique reipublicae proprium, expendere illud, num maiora pericula a puero rege, quam a pueri regis tutorum insidiis, fallaciis, studiis, litibus,

b) negantium.

litibus, tyrannide ac damnis, quod monuimus *cap.* VIII. §. 4. Demum *uirtus* MAIOREM facit; non *numeri* annorum inanes, ut adeo minus sibi consulant, qui ad ultimos se adstringunt *cap.* V. Germaniae autem principes Latii iuribus priuatis non subiectos esse, licet eodem regant subditos, dictum est pariter *cap.* VI. §. *10.* Neque crediderim hodie, in tanta naturae luce & usu rationis, illis Latii pigmentis aliquem infectum iri. Licet illis occupauerint Germaniae principum quorundam oculos rerum administri *cap.* V. §. *1. sq.*

§. 7. De VENIA AETATIS actum *cap.* VI. sequuntur nunc illius singularia problemata. Principio requiritur: *num hac indulgentia opus, ubi* VIRTVS MAIOREM *facit?* Quaestio propterea referenda in superfluis; quoniam in re, quam lex nulla constringit, priuilegio non est opus. In VIRTVTE autem aestimanda indulgentiorem esse, non decet. Praesertim si plurium interest, illius pretium aequum nancisci iudicem, imperii, populi, consanguineorum. Haec causa est, quare in uetustiori aeuo altum silentium *ueniae aetatis*, impetratae a principibus imperii. Quas rationes, si aequa lance aestimare uolueris, ea tibi expendenda, quae diximus *cap.* V.

VI. PROBLEMA: *num locus ueniae aetatis?* a) *ubi* VIRTVS *maiorem facit?*

§. 8. Vti uero iure Latii illud est certum, quod in *longiori* demum spatio aetatis MAIORIS XXV. annorum obtinuerit LEX VENIALIS: ita certissimum quoque hoc; quod in *breuioris termini maiorennitate* XV. XVIII. aut XX. annorum, illa non habuerit locum. Imo, si dicendum, quod res est, non crediderim, quod Romani unquam cogitauissent de ueniae aetatis beneficio, nisi XXV. annorum terminus fuisset bono & aequo longior. Itaque ruborem Latio expressissent ALEMANNI, populique alii; quibus quinquennio ante quilibet habetur *maior* ipsa lege, quod *cap. II. III. & IV.* ostensum. Atque est haec

VII. PROBLEMA: b) *si maior aetas* XVIII. *aut* XX. *annorum.*

forsitan

Vbi in LL. Rom. *nullus* ueniae *locus.*

forsitan causa, quare CONSTANTINVS imperator recusauerit *ueniam aetatis* omnibus masculis nisi XX. annum fuissent egressi. Habetur constitutio pleniori in *C. Theodos. lib. II. tit. 17.* quam in *Iustinianeo l. 2. omnes adolescentes C. de his, qui ueniam aetat.* Si igitur illud uerum est, quod plerorumque Saxoniae principum maiorennitas uix XX. annorum numeris sit longior, quod expeditur *cap.* V. ideo ueniae aetatis locus non est faciendus, si quidem confici debet res lege Romana. Verum Latii hic nulla cura aut religio. Nam etiam breuiora tempora contrahere solent imperatores Romani. Certe XVI. XVII. atque XVIII. annis principum diuersorum aetates suppleuerunt hac *indulgentia imperiali,* quod constare potest exemplis *cap.* V. & VI. conductis magno numero. Imo LVDOVICO *Hungariae & Bohemiae regi* anno XIII. aetatis ueniam indulsisse *Maximilianum* imperatorem; auctor est HERMES *cap. XI. n. 119.* Quod ita solet a iuris publici consultis excusari, quoniam in *breuiori maiorennitate* etiam *uenia* esse possit *breuior.* Quod satis sit, imperatorem non transgredi *numeros* Latii *quinque* aut *septem* annorum, qui etiam lege Constantini suppleri queant priuilegio imperiali, pro sexus diuersitate. Quod magis sit, esse imperatorem supra leges positum, quas uti dare queat; ita etiam uertere, contrahere, proferre. Sed non opus est his argutiis. Actum enim esset de Germanica libertate; si esset uiuendum iure publico Latii, quod imperio absoluto & fere patrimoniali scriptum, non adducto, quale est Germanicum. Et quis nescit? destitui Germanicum imperatorem legislatoria potestate, qua tamen omni tempore gauisus est Romanus. Illud scio, grauissimas quandoque motas fuisse querelas ab agnatis & consanguineis. Quasi his *fructuaria tutela,* uti omnes principales esse solent, inique eriperetur. Praesertim si in prouincia *anni tutelares* sigilla-

Quae tamen dari solet in Germania

Conuersionis praetextus.

QVERELAE *aduersus* ueniam aetatis a) *agnatorum.*

sigillatim sint definiti. Quod cum in patrio iure sit extra dubitationem; inde facile discrimina elucent. Quod in Latio, tutela aut cura aliquem liberare, hoc idem fuerit, quam leuare aliquem & soluere publico onere: in Germania uero idem, quam destituere aliquem tutelari usufructu. Exemplorum igitur memini in Saxoniae ducibus, ubi, his caussis indicatis & expositis in libello supplici ad augustissimum imperatorem, uenia principi pupillo iam decreta, dein negata sit, in gratiam principis *tutoris* aut *curatoris fructuarii.* Taceo formulam ac libertatem ordinum ita conuellendam omnino; si pueri imperium illis obtrudatur immature. Meminerint tamen etiam tum utrique pristinorum temporum; ubi pupillum principem *uirtus*, saepe *praematura* ac praecox, liberauit tutela, non longi annorum *numeri.* Vt esse liceat certissimis, post XVIII. annum nullum unquam Germaniae principem sub cura aliena permansisse; contra autem hunc etiam limitem plerosque anteuertisse biennio aut triennio. Quod habes *cap. IV. & V.*

Quod tutela fructuaria; non onus.

b) ordinum.

Memoria uetustatis.

§. 9. Sigillatim uero requirere liceat illud: *num Caesaris sit, definitam electoribus XVIII. annorum aetatem contrahere ueniae aetatis indulgentia?* Non dubitat *Dionysius* GOTHOFREDVS *lib.* VII. *de tutela elector. d. 1. refut. 6. p. 142.* adfirmare hoc uerbis & rationibus, quae sequuntur: *Imperatoris auctoritas tanta, ut possit principi ueniam aetatis concedere. Sane si hoc potuit lege sua,* Constantinus, *ut anni XXV. metas expleret quinquennio: quidni poterit alius imperator,* Constantini successor, *electori ueniam aetatis largiri uel breuius tempus facere. Quis enim hoc soli* Constantino *concessit, negauitque successoribus?* Leo *potius laudandus, qui in Nou. 28. & sibi hoc adrogauit & tribuit hanc facultatem omni* magistratui *ad ueniam indulgendam aetatis,* cetera. *Et si* priuilegio *hoc fecerit imperator, non euertit* legem octodecennalem: *sed firmat.*

VIII. PROBLEMA: *num ueniae aetatis locus in* XVIII. *annis electorum? Affirmat Dion.* Gothofredus.

Verum omnia haec errorum & fallaciarum plenissima. *Cuius lapsus* multiplices. Quod non miror. Nam qui uiri & heroes in iurisprudentia Latii, illi in patria multoties plus quam pueri & infantes. Pessimus consultor fuit; qui publicae & patriae causae patronum commendauit Gothofredum, in nostris rebus hospitem, stupidum & bardum. Etiam pueri norunt; in Germaniae regno imperatorem destitui cum legislatoria potestate; tum auctoritate, legibus dare sensus, uertere illas ac tollere. Germanicos etiam Caesares Constantini successores dixerit nemo, nisi puer. Cadunt igitur argutiae inanes iureconsulti in hac causa. Taceo, quod tutelae electoralis iura sint & commoda; non onera mera, ut in Latio. Quapropter agnatis inuitis nequeunt subtrahi aut eripi ullatenus. Protrahere autem & proferre tempus in longiores annos; illud coniunctum esset cum iniuria & damno pupilli electoralis. Vt maior erratio Gothofredi, qui etiam hoc dat arbitratui nunc Caesaris, iterumque principis testatoris, Apage nugas.

IX. PROBLEMA: *num annus coeptus pro completo? Quod adfirmatur.* §. 10. Quid autem iuris fuerit tum, *si ab hoc limite octodecennali parum abest pupillus electoralis?* Sane uult pragmatica A. B. lex *tit.* VII. §. 3. ut anni eius sint completi, ut adeo incepti non sufficiant. Verum in his ego fuerim indulgentior ob causas singulares. Nam *primo* est illud opinabile, Carolinam A. B. calamo Latino usam fuisse, cum requireret annos non inchoatos; sed absolutos. Lapsus autem est manifestus ideo: quod Romani iuris tutela & cura profuerint pupillo in rerum iuriumque maiori securitate, ut adeo fauor pupillaris uellet, tempora non truncari: contra Germanico iure tutelae ac curae pupillo nocent & adferunt damna, quod tutoribus & curatoribus uel salaria adsignent leges uel usumfructum rerum pupilli. Vt adeo iuris Romani potius tituli adlegandi de honoribus ac dignitatibus. Vbi quoque

quoque Latium habet annum coeptum pro completo. Deinde res ipſa docet: qui hodie deſipiat, ille non ſapiat perendie, ob parua temporis interualla: quae in adoleſcente omnino parum habent momenti. Tum igitur uulgi ore loquendum: minora non curat praetor; parua mora, nulla mora. Quorſum etiam *exempla* illorum *archiprincipum* pertinent, qui, quod proxime a definito tempore *octodecennali* abeſſent, loco ac iure aeſtimati maiorum. Quae conduxere interpretes ad A. B. nosque in eius commentario ad *tit.* VII. §. 3. Vbi inuenies, eandem quoque ſententiam huius rei fouiſſe archiprincipes collegas. Videndi quoque KNICHEN *de Sax: prouoc. c. 5.* LIMNAEVS *tom. I. iur. publ. lib. 3. c. 7. n. 48.* Idem repetendum eſt, de principibus aliis, ſiquidem anni portio modica ad maiorem aetatem illis deſit. Praeſertim ſi eo tempore hoc eueniat; quo obiit deceſſor. Ne tutor hodie fiat, qui perendie iterum ſit abiturus. Vt operae pretium non ſit, exigui temporis conuerſione, reipublicae eſſe moleſtum in ſolennibus impenſisque. Cauſam diſputatam fuiſſe, docebit FREHERVS *de tutel. elect. p. 37. 44.* & ARVMAEVS *ad A. B. diſcurſ. IV. theſ. 13.* qui etiam recte patri *teſtatori* negat facultatem, ea, quae lege ſunt definita limite certo, uel contrahere uel proferre.

Etiam in principatibus meris.

§. 11. Num Caeſaris aetas, inde a temporibus *Ioſephi*, definita XVIII. annis: illam cauſam reſpondimus *cap. V. §. 10.* Vbi etiam expediui hoc: num in contrahendo hoc limite VICARII S. R. I. habeant, quod contradicant? Habuerunt pueros imperatores & ipſi Romani, exemplo GORDIANI III. De quo *Iul.* CAPITOLINVS *in eius uita c. 22.* ſcribit: *Tunc populus & milites Gordianum* PARVVLVM, *annos agentem, ut plerique adſerunt XI. ut nonnulli* XIII. (quos numeros HERODIANVS) *ut Iunius Cordus dicit XVI. petiuerunt, ut* CAESAR *adpellaretur. Raptusque ad ſenatum* CAESAR *eſt adpellatus,* Biennio

X. PROBLEMA: *num Caeſaris aetas maior definita?*

poſt ipſum resque maximas, dicitur, geſſiſſe, ſine tutela ulla aut cura. Licet ſoceri uteretur conſiliis. Taceo AVGVSTVLVM, qui *pueritiam* neque diſſimulat in numis. Vt adeo nil habeat puerilis aetas in imperio inſolentiae. Sat ergo Caeſari annorum; ſi reipublicae ſat. Ineptias CASTALDI *de imperatore qu. 73.* OLDRADI *conſ. 57.* aliorumque *priuata* Latii iura ac tempora hic urgentium, diſcuſſimus ſaepe. Quid autem in puerili aetatula de *iuramento?* Poteſt illud uel omitti uel differri. Nullum exinde imperio damnum metuendum. Suſcipit enim puer non formandum; ſed *formula* ſua inſtructum imperium, quam ideo non poterit transgredi aut migrare.

XI. PROBLEMA: *num aetatis uenia penes principem in ſubditis? Illi qui* a) negant.

§. 12. Eſt etiam illud glaucoma Latii, quo oculi obducti Germaniae iureconſultorum, qui dubitare uoluerunt: *num Germaniae principis ſit, ſubdito largiri ueniam aetatis?* Impetere enim ſolent principum iura his argutiis: quod hoc ſit Caeſaris reſeruatum; quod *Leonis Nou. 28.* ubi hoc ius etiam magiſtratibus det, uſu non recepta & probata noſtris tribunalibus; quod camerae imperiali idem ſaepe ſit negatum; quod hoc idem ſit, quam iura aliena inuadere. Atque inde demum ſententia autorum: *nefas eſſe principi imperii, indulgere ueniam aetatis ſubdito.* In quorum claſſe GOEDDAEVS *ad l. 21. D. de V. S.* KNICHEN *de Sax. prouoc. c. 5. n. 47.* REINKING *de reg. ſec. lib. I. d. 3. c. 12.* atque innumeri alii ſortis eiusdem.

b) adfirmant *parum conſulte,*

Verum relinquunt haec caſtra alii tribuuntque noſtris *principibus ius, indulgendi ueniam aetatis ſubdito.* Faciunt tamen hoc titubanter, quaſi ſtatus rerum eſſet cum tempore mutatus & conuerſus. Qua cauſa, quo iure? illud neſciunt definire. Niſi quod putent, facere hoc principes in ſuis territoriis nomine imperiali, inſtar Caeſaris procuratorum; praeſcripſiſſe haec iura uſu; exempla eos ſequi ducum & marchionum Italiae, cetera. Has facetias iuris offendes in BESOLDO *de iurisd. qu. 16.* MYLERO

in

in etologia cap. 2. §.7. Verum melior ratio eluxit nostro aeuo ex historia. Vnde negandum; principes nostros cum magistratibus Romanis conferendos, licet eodem cum ipsis nomine gaudeant *ducis, comitis, palatini,* cetera. Vltimi enim *administratores* rei alienae: nostri autem Germaniae principes rerum ac prouinciarum suarum *domini.* Idem inde a temporibus *Carolidarum;* quibus extinctis, conuersio imperii nostri est facta; indeque *principum* in prouinciis ueri ortus. Qui bella duxerunt; dederunt leges suis ac priuilegia feceruntque omnia ea, quibus in Caesaris gratiam non misere nuntium. Eo igitur usque omnia poterunt: quousque non probauerit alter, se sibi in eo derogauisse. Negabit solem in meridie, qui lumen hoc non agnouerit in *Germaniae principis* historia; unde bella a principibus Germaniae suo nomine, iure, authoritate, impensis gesta nequeunt expungi aut conuelli. Claudam problema memorabili CODICILLO PRINCIPALI, concepto *in uenia aetatis,* indulta dynastae uasallo ac subdito, de BVCH, anno CIↃ CCC XXXIX. Largitore LVDOVICO, *duce ac electore* BRANDEBVRGICO, in quo uerba sunt haec: *Beneuolentia nostra* POTERIT, *si decreuerit, prolem* IMPVBEREM, *nondum aetatis debitae existentem,* HABILITARE *defectumque aetatis suae* SVPPLERE *& adeo habilem facere, ac si ad annos* DISCRETIONIS *omnimode peruenisset.* Et, ne quis hoc fieri crederet ex patentis LVDOVICI IV. imperatoris auctoritate uel mandato, addit archiprinceps: VIRTVTE PROPRIA *supplemus & habilitamus eundem* (minorem) *ad omnes actus faciendos ac si maturo & debito aetatis spatio potiretur.* Recitauimus formulam totam *reliquiar. tom. VII. lib. 1. n. 67.* Pudeat igitur inertiae suae patriae iureconsultos, quod, hospites domi, foris grassentur in conducendis auctorum nominibus peregrinis, ut turbent Germaniae instituta, luculenta ueteri aeuo, in quod solicitius illi debuissent in-

noua & idonea ratione.

Probata codicillo D. & electoris BRANDENBVRGICI *1339. in ueniae aetatis indulta.*

 quirere

quirere neque in caufarum publicarum fententiis euomendis ita effe audaces, praecipites, proiecti ad dicendum ac definiendum. Reminifcimur hac occafione eorum, quae fupra in ducatu FRANCONIAE & SVEVIAE *cap. IV. §. 14.* indicauimus: *quod ibi* MAIOREM *aetatem cuiusque pupilli definire largirique ueniam aetatis, fit quidem iudicis cuiusuis.* Vt religio fit: dubitare de principe in hoc argumento. Imo BOIOARIAE quoque exemplum huc confert plurimum: *quae* MAIOREM *aetatem, olim* XVIII. *defcriptam, protulit ad annum XX. fuo arbitratu,* nullo Caefaris interceffu; quod oftendimus *cap.* III. §. 26. & *cap. V.* §. 6. Certo argumento, principis & ordinum effe, haec aetatis fpatia definire, remittere, tollere. In quibus etiam fingendis, formandis, aeftimandis AVSTRIAM fibi fumpfiffe omnia, patebit non minus ex fuperioribus *cap.* III. §. 25. & *cap. V.* §. 3.

& lege prouinciali Franconiae & Sueuiae. Boioariae *etiam auctoris noui fpatii.* *Sigillatim* Auftriae.

XII. PROBLEMA: *num* Comiti Palatino *veniae aetatis indulgentia in* principum territoriis? Negatur, *doctrina* Saxoniae *Ictorum.*

§. 13. Non fatis eft; principibus *iura* adferuiffe; indulgendi *ueniam* aetatis *fubdito fuo, uafallo, ciui;* etiam illud requiritur: *num haec poteftas comitis palatini in principis territorio?* Negant hoc iureconfulti SAXONICI idque non folum ex rationibus; fed etiam ELECTORALIBVS refcriptis. Clare ac definite RIVINVS ad *tit. IX. §. 12. enuntiatorum iuris.* Cuius uerba recitabimus: *Hodie in Germanico imperio* PRINCIPES *& ftatus imperii non patiuntur, fubditos fuos, qui* MAIORENNES NON *funt, habere liberam rerum adminiftrationem: fed ipfis hanc* INDVLGENTIAM, *uigore,* SVPERIORITATIS *territorialis,* SOLI *concedunt.* Neque fatis eft hoc: munitur firmaturque fententia RESPONSO LIPSIENSIVM fcabinorum; anno CIↃIↃCXCIV. concepto hoc fine: PRINCIPIS *effe* SOLIVS SVBDITIS *fuis* INDVLGERE *ueniam aetatis: illam, quam comites Palatini indulgeant, ipfo* IVRE *in fubditis effe* NVLLAM. Addita ratione: quod haec *indulgentia* pro *accefforio* iure habenda territorii; quod nolit *imperator* ipfe fuo facto infrin-

infringere, multo minus opera comitum palatinorum. Iura *territorialia priuatiua* esse; non *cumulatiua*, ut olim creditum in Longobardia. Fidentior in his est *Mich.* *Imo Saxo-*
Henr. GRIBNERVS, Poloniae regi & Saxoniae electori a *nico codi-*
consiliis curialibus, qui *tom. I. diss. I. de iure legitimandi* *cillo* Ele-
com. Palat. §. 27. in hanc scenam producit rescriptum ctorali
electorale IOH. GEORGII III. cuius uerba, huc facientia, 1681.
sunt haec: *Wie wir nun dieses beginnen* (de comite Palatino sermo, qui aetatis ueniam indulserat Saxonico subdito) MISFÆLLIG *vermercken und dergleichen uns aus* LANDESFÜRSTLICHER *hoheit zustehendes regale weder* IHME, NOCH *sonst* IEMAND *anders zu exerciren, gestatten kœnnen: als begehren wir, ihr wollet dergleichen diploma* (comitis palatini) *abfordern und denen curatoren die vormundschafft ferner zuverwalten, andeuten.* DRESDEN *den 30. Dec. 1681.* Tuetur idem diploma praeterea auctoritate illustris uiri BERGERI; HORNII aliorumque in *tom. I. sect. 2. §. 12.*
Ceterum nullius porro NOTARII operas & codicillos ha- *Rescri-*
beri in *Saxonia* aliquo loco, nisi profectus eius explo- *ptum Sax.*
rati examine ab ordine iureconsultorum; nisi nomen *Elect.* 1721.
illius in numeris, inscriptum matriculae prouinciali: il- *adu. nota-*
lud quidem ex *regali rescripto* patet, DRESDÆ die 19. Fe- *rios.*
br. CIƆ IƆ CC XXI. concepto exhibitoque in *processu Saxonico,* illustrato nouissime in *adpend. n. 7. p.* 70. Cuius occasio fuerant comitum palatinorum in adpellandis notariis abusus sordidissimi. Querelas mouet aduersus hanc do- *Abusu.*
ctrinam, quam dicit nouaturientem, FRITSCHIVS *addit.* FRITSCHII
ad Lim. lib. II. cap. 9. p. 96. 97. Sed illius studia hic suspe- *oppositio.*
cta, quod ipse quoque in *C. Palatinorum* numeris. Est sane huius argumenti uis maxima penes eum, qui rerum est gnarus: quod ne *Italiae* quidem proceres, *Etruriae, Sabaudiae, Mantuae, Modenae* duces, imo ne *Roma* quidem *Genua, Luca, Pisa* illud nunc dent *comitibus Palatinis*, ut in territoriis eorundem exerceant talia, in-

largi-

largitione *aetatis, natalium, famae.* Cum tamen historia doceat nos; quod *Italiae principum iura* sint emendicata a Caesaribus; sint noua; sint priuilegia; ipsi principes Caesaris olim *satellites* & homines *stipendarii;* contra Germaniae principum potestas *originaria;* usu VIII. *seculorum* probata; *lege* ac formula imperii; ipsi etiam rerum belli & pacis *domini,* cum imperio ac *potentatu.* Vt adeo nexus argumenti a minimo ad maxima, sit manifestissimus. Itaque causa erroris quaerenda hic in *duplici* latibulo, Iureconsulti enim uel ad statum rei *Romanae* respexere uel ad *Carolingicum,* ubi imperatoris quondam ubique *iurisdictio concurrens,* expedita *per missos* aut *comites* Palatinos. Sed, ex his temporibus antiquatis aut *Latio* in publicis causis nunquam agnito, nemo arguet ad iuris publici rationes post Carolingicas & hodiernas, nisi rerum patriae prorsus ignarus ac iners. Quorum murmura & uociferationes attendere, illud quidem non est operae precium. Quid? quod etiam uerum sit hoc; *priuilegia imperialia,* damnum licet tangentia nullius, uti gentilitiae dignitates, *indulta tamen esse quondam cum in consessu tum consensu comitiali;* necquicquam uero commissa arbitratui sordidorum homunculorum, quo stigmate *notarios* plures notat rescriptum augustale *Poloniae* R. & *Saxoniae* electoris, laudatum proxime.

XIII. PROBLEMA: *num, uenia accepta, princeps possit alienare?*

§. 14. Ceterum cum *priuato iure* illis, quibus uenia aetatis indulta, non ideo concessum, in omni re gerere liberas manus, in *alienandis bonis* maxime *immobilibus,* in *fideiubendo,* in *tutela* uel *cura* sustinenda aliorum, causisque grauioribus aliis, in quibus definiendis totus est MYLERVS *etologiae cap. 8. 9.* illud requiritur: *an etiam his circulis ac limitibus circumscripti principes, qui regunt, adolescentes, ex ueniae aetatis indulgentia?* Vulgares doctores imperantes ac parentes; principes ac subditos

ditos habent aeſtimantque eodem loco ac menſura. Licet uero *cap. VI. §. 10.* exemplum attulerimus: quod *archiprincipis Brandenburgici* contractus, a minori initus, ideo fuerit, ſententia imperiali, reſciſſus ac irritus factus: non tamen crediderim, recte principes tali latibulo uſuros. Nam in exemplo propoſito praeſidii nihil. Quoniam archiprinceps fuerat ſub cura; non extra eandem, indulgentia aetatis. Et ſi indignum eſt principe, iugum ferre priuati iuris, quod dictum *cap. VI. §. 10.* multo eſt magis indignum, uti iuris priuati decipulis. Quo ſenſu dicere potuit omnino *Ioh.* BODINVS *de republ. lib. I. c. 8. p. 163.* quod reges Galliae ſibi religioni ducant, confugere ad beneficia in integrum reſtitutionis. Satis eſt hoc principi: quod fraudem, ſi qua deceptus & circumuentus ſit, queat uindicare breuiori ac fortiori manu.

§. 15. Eſt igitur etiam haec quaeſtio in principibus otioſa: *num tempus quadriennii, intra quod laeſi reſtitui poſſint, a XXV. aut XXI. aut illo ſtatim anno inchoandum, quo aetatis ueniam ſunt conſequuti?* Lardum & rancidum eſt etiam hoc latibulum, quo priuatis hominibus ſe recipere licet: quas ſordes fugiat princeps, conſultoribus abundans omni tempore. Exſcribemus locum modo laudatum BODINI *de rep. lib. 1. c. 8.* Eſt autem hic: REGES, *etiam infantes, nunquam* AETATIS *beneficio reſtituuntur. Contra quam in* REPVBLICA *fieri ſolet, cum qua ſemper agitur, quaſi* MINOR *eſſet.* Et ſane patria iura ideo XX. anno *unum* addidiſſe, ut maior intra annuum ſpatium uel requirat reſtitui uel taceat deinceps, illud *cap. III. §. 8.* dictum doctumque. Qua occaſione etiam ſoluimus nodum *cap. III. §. 11.* quod tempora *reſtitutionis* ab anno XVIII. aut XXI. numeranda, non ab XXV. In qua lite aqua haeſit adhuc Saxoniae iureconſultis; qui, filo illis oſtenſo, imo dato in manus, facile nunc emergent ex hoc labyrintho.

XIV. PROBLEMA: *num gaudeant* principes *beneficio* reſtitutionis?

T §. 16.

XV. PROBLEMA: *num qui maior in uno territorio, in altero minor?*

§. 16. Sit ultimum problema; sed ualde dubium, nisi ex idoneis principiis disputetur. Scilicet, cum in territoriis Germaniae diuersis, etiam limites diuersi *aetatis maioris*, requiritur: *num qui Hamburgi anno* XVIII. MAIOR *sit; Lubecae aut alibi habendus minor, ubi uel XXI. uel XXV. anni exiguntur ad maiorem aetatem?* Per iura Latii dubitari minus poterat: quoniam leges fuerant eaedem in orbe Romano uniuerso. Hinc etiam *aetatis indulgentia*, quam uel imperator dederat uel, eius nomine, quod *Nou. 28.* admittit, alii magistratus, obstrinxit omnes orbis Romani subditos, quaquauersum ille patuerat. Sed in Germaniae prouinciis aetatis maioris sunt limites multiplices ac uarii omnino. Deinde legum ferendarum cuique principi liberae & solutae manus, ut etiam derogare possit iuri communi, quoties lubet. Igitur quaestio est *adfirmanda* prorsus: quod tum unus ac idem eodem tempore & *maior* sit & *minor* simul. Quod ipsi & imperatores & principes agnouere. In ultimis exemplum habes *cap. V. §. 7.* in primis autem *cap. VI. §. 3.5.* Neque aliud dicendum in aetatis *uenia imperiali*. Vt *princeps* ex illius indultu *maior* sit in regionibus *immediatis;* contra in *mediatis* permaneat *minor* nihilominus, quod illustrare poterunt illa, quae *cap. IX. §. 13.* scripsimus, hic repetenda prorsus ac serio inculcanda animis, iurium studiosis. Hinc etiam doctrinae Latii *de foro superiori; de foro communi* inutiles prorsus in Germania, tum quidem, si lis in territoriis diuersis. Quam etiam causam anno CIↃ IↃ CCXXIII. respondi in *plurium creditorum concursu*, rerum intuitu diuersarum in diuersis prouinciis. Vbi tot fora, tot processus: tot sententia; quot prouinciae ac territoria. Vbi ne quidem *domicilii debitoris* aliqua haberi poterat ratio, ut ideo reliqui cogi possent sub imperium tribunalis unius.

CAP. X.

De LL. EBRAEORVM in aetate PVBERVM ac MINORVM.

QUotquot in Ebraicis antiquitatibus euoluere licuit de hoc argumento: illi quidem mihi uidentur ueteres iuris Ebraici magiſtros non recte intellexiſſe. Iurium enim ignari non potuerunt adſequi *pubertatis* & *maioris aetatis* diſcrimina longiſſima, quae illi inuicem commiſcent magna rerum iuriumque perturbatione. EBRAEORVM.

§. 2. Principio illud eſt admodum ſingulare in *Iudaicis* inſtitutis, quae etiamnunc ſolent obſeruare noſtrates Iudaei, nec ſine religione quadam; *pubertatis* limitem poſitum apud maſculos in XIV. annorum aetatis ingreſſu & apud foemellas in XIII. Neque tamen credendam pubertatem temere, niſi & *pili* erumpant, minimum *bini*, ut pubes queat conſpici. Sunt duo eius moris teſtes ualde idonei *Ioſeph.* SCALIGER *in elencho chronol. propheticae p. 68. ſq.* & *Ioh.* SELDENVS *de ſucceſſorib. cap. 9.* cuius uerba huc tranſcribemus: *Regulariter ante annum* XIII. *ac diem I. completum* MINORES (rectius impuberes) *haberi* MASCVLOS: FOEMINAM *ante annum* XII. *atque I. diem & poſtea pro* MAIORIBVS (rectius pro puberibus). *Sed temperamenta adiiciunt.* PVELLAM, *cui* XII. *anno ac die I. exacto, duo ſaltem pubis* PILI, *quos* סימן התחתון ſeu ſignum inferius *uocant, non excreuerint, niſi ex mammillis ſororantibus, papillisue, e quibus etiam* סימן העליון *ſeu* ſignum ſuperius *hic habebant,* PVBERTAS CERNERETVR *aut ipſa, quod utrumque ſignum ſuperabat, peperiſſet, pro minori* קטנה *habitam. Si tunc excreuerint, eam primis, qui ſequuntur* VI. *menſibus* נערה *iuuenculam dici & poſtmodum* בוגרת *ſeu pubertatis plenae. Aliter uſque*

I. PVBERTAS XIII. & XIV. annorum.

iuncta uentris inſpectione.

Pubertas *falſo miſcetur cum aetate* MAIORI.

que ad annum XX. minoris (impuberis) *nomen non exuere.* Et paulo post: *similis in* MASCVLO *ratio, habitus* גדול *seu maior & איש siue uir, cum exacto* XIII. *anno praeter unicum diem bini huiusmodi* PILI *ei excreuerint. Quod si minime excreuerint, tametsi adparuerint* SPADONIS *signa in minoribus* (impuberibus) *habebantur usque ad XIX. aetatis annos & menses* XI. *Si neque tum emiserit aut signum inferius aut totidem* PILIS PVBVERINT GENAE, *sed spadonis signa reperta fuerint,* spado *habebatur atque eo nomine maior. Ita* MAIMONIDES Halach. Ishoth seu de re uxoria cap. XI. Quem uerbatim hic exscripsit uertitque Latine *Ioan. Christoph.* WAGENSEIL *in Sota not. cap.* IV. *n.* 2. *p.* 583. Sed pergit Seldenus paulo post: MAIORES *in hereditate faciebant ipsi:* MINORVM *faciebant tutores seu curatores, quos magistri ex Graeco ἐπίτροποι, quod idem denotat,* אפיטרופין epitropin *adpellant. Quos* epitropos *uel tutores dabat uel pater uel iudex.* Repetit similia SELDENVS *in successione Pontificum Ebraeor. lib.* II. *c.* 4. Verbatim etiam *Maimonidis* loca haec exscripsit Germanice *Ioh.* LVNDIVS *lib.* III. *cap.* 3. *n.* 14. Licet autem in hoc litterarum genere loco cedam cuilibet: tamen nullus dubito, hos auctores conuellere & arguere erroris.

Pubertas NVPTIIS *definit tempus, non aetati* **maiori.**

§. 3. Nam uti in sacro codice nihil habetur de aetate, annorum numeris definita ad coeundum in matrimonium, ut recte notat *Wilh.* ZEPPERVS *lib. IV. de LL. Mosaicis forensibus cap.* 20. *p.* 540. 541. ita certum est, pilos in ore pubis & XII. ac XIII. annorum numeros argumenta fuisse *uiripotentiae* & *generandi* facultatis, necquicquam, ut tamen hi scriptores opinantur, finiendae tutelae & aetatis maioris. Nam, diuino teste, scimus, XX. demum aetatis anno adolescentes Ebraeos sui iuris factos; ut referrentur in censum; irent in militiam; offerrent de suo holocausta; imo contraherent negotiarenturque, quod etiam agnoscit *Ioan.* BVXTORFFIVS *in syna-*

ſynagogae c. 7. p. 143. Deinde cum Ebraei inter *tutorem* & *curatorem* nulla diſcrimina haberent, inſtar Graecorum, quod modo eſt dictum, quis crediderit, pueros *duodenarios* aut *tredenarios* fuiſſe ſine cura & indulgere potuiſſe ſuo genio? Porro licet ille ſtupor Latii fuerit, quod ex *ore pubis* arguerint ad animi iudicium ac robur, quod *cap. I.* caſtigauimus: eum tamen Ebraeis tribuere, religioni duco. Praeſertim cum noſtri etiam aeui iudaei ſuos ad XX. aetatis annum ſub tutela habeant relinquantque, licet lege prouinciali, uti apud nos, non teneantur. Accedit demum, quod nos DRVSIVS ad *Numeros cap. I. u. 3.* doceat, quod Ebraei XX. demum aetatis anno adoleſcentes dicant *hiſcuni* uel *haſcuni*, quaſi tales, quibus animi nunc robur ad contrahendum & negotiandum.

Inſpectio uentris neceſſaria iuxta annos XIII. XIV.

§. 4. Illud autem eſt prorſus ſingulare: quod Ebraei *pubertatem* non ex *annis* ſolis; ſed *corporis ac* VENTRIS INSPECTIONE iudicauerint, ut uellent, pilos & barbam pubis uſurpari oculis ac cerni. Vt inde ſtultior doctrina eorum fiat, qui inficias eunt, *iure Romano* idem, ſaluo pudore, fieri potuiſſe, quod ſupra oſtenſum *cap. I.* §. 3. 23. Patet nunc clare, quod etiam *Ebraei* dogmata ſecuti ſint CASSIANORVM & PRISCIANORVM, quae explicauimus *cap. I.* §. 13. Eſt GROTII doctrina in *florum ſparſ.* ad *tit. Inſtit. quib. modis tutela finitur*, quam his uerbis prodit: *Qui mos* (pubertatem aeſtimandi ex uentris inſpectione) *Hebraeis in utroque ſexu.* (Nam in Latio apud puellas nulla inſpectione opus, quoniam his XII. anni ſoli ſatis fuerant ad pubertatem, cuius moris cauſas indicauimus *cap.* I. §. 24. 26.) *Hebraeis id commune cum Phoenicibus, a quibus Athenas mos ille uenit.* ARISTOPHANES: Παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων αἰδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι. Vbi SCHOLIASTES: *τῶν γὰρ παίδων τὴν ἡλικίαν δοκιμάζοντες τὰ αἰδοῖα ἐσκόπουν διὰ τὸ δεῖσθαι αὐτῶν εἰς τὸ χρησιμεύειν ἐν ταῖς λειτουργίαις.*

a) Latio.

b) *Iudaeis in utroque ſexu.*

c) Graecis.

 Quod

Quod filum, otii causa, abrumpo. Cum de *Graeco iure* hic dictum *cap.* II. §. 5. Num uero Iudaei potius discere hoc potuerint natura magistra uel in Graecia aut Latio, in quibus populis egerant illi, dispersi ac subiecti; nolo uerbum addere.

Alii pubertatis effectus in 1) criminibus. 2) disciplino.

§. 5. Praeterea tamen facile largimur hoc: quod post XII. aut XIII. aetatis annos, puberes nunc facti, suo delicto tenerentur, cum ante hoc tempus luere haec oportuerit patrem; quod tum dati seueriori disciplinae, & quae generis eiusdem. De quibus legendi *Ioan.* LIGHTFOOTIVS *ad Luc.* II. *u. 42.* atque BVXDORFFIVS *synag. c.* VII. *p. 143.* qui uero errorem, hactenus notatum, errat omnino, quum dicit: *Hoc tempore fit* MAIORENNIS (puella XII. puellus XIII. annos nati) *& parentum & tutorum potestate liber, ipsemet suarum rerum dominus. In temporalibus & spiritualibus. Vt, quicquid agit, negotiatur, contrahit, ualidum sit & ratum.* Sed homullo nemo hoc dederit indulseritque, nisi iurium rerumque ciuilium ignarus. Quod uitio uerti non debet theologo. Praesertim cum idem p. 144. sequenti ipse confiteatur: *annos demum XX. natum Iudaeum, mercari, nundinari, locare & conducere libere suoque arbitratu*, ut sui ipsius quodammodo oblitus esse uideatur. Quod uero de PVERO

CHRISTVS PVER XII. *anno. in* domo *patris 1) coelestis. 2) naturalis.*

CHRISTO habetur LVC. II. *u. 42.* nostram sententiam firmat omnino. Nam clare dicitur: *quod etiam* XII. *annos natus morem gesserit parentibus.* Egeritque in eorundem deinceps familia ac domo aliquandiu. Vbi nostro iudicio ualde adridet, quod habet *Lud.* CAPELLVS *in spicilegio* ad *N. T. in Luc. c.* II. *49.* Noluisse *puerum Christum* increpari ideo, quod in *templo* egerit, quasi extra domum patris. Nam *duplicis patris* duplex ei esse *domicilium, templum* scilicet DEI, patris coelestis & infimam *casam Iosephi.* Vt agere ideo liceat ei utrobique. Hinc SYRI interpretationem esse hanc: *quod oportet me esse in domo patris, templo scilicet.*

§. 6.

§. 6. Neque porro hoc satis est, XII. & XIII. annos Iudaeis non suffecisse, ut suae darentur tutelae puellus & puella: uerum etiam ratio instituti exigit hoc, ut, *quae* MAIOR *aetas fuerit Ebraeis* curate definiamus. Mea itaque sententia XX. ANNOS NATVS *adolescens Ebraeus fit demum* MAIOR. Pilos igitur *puberes* fecisse, puto, id est, maturos connubio: necquicquam MAIORES. Putat quidem BVXTORFIVS *synagog. c.* VIII. *p.* 144. quod, LEGE THALMVDICA, *pueris uxores ducere licuerit* demum anno aetatis XVIII. in *plena pubertate*, de qua *cap.* I. §. 2. 3. 4. & *cap.* IV. §. 3. tum enim adolescentes demum adpellatos בן חי *filios uiuaces*, quasi in illa aetate disceret uiuere ac sapere: ipse tamen statim post addit; aetatem hanc plurimos in nuptiis anteuertere; imo etiam *Thalmudico iure* uirginem XII. annos natam recte nubere. Quod cum ita sit, mihi est persuasissimum: *pubertatem* apud Ebraeos tempus fuisse *connubio* aptum, non finiendae tutelae. Quod enim accelerare soleant Iudaei nostri nuptias, ob inania uota, concipiendi Messiam, illud usu discimus quotidie. Quam licentiam festinandi connubii ante annum Rex Porussiae repressit constitutione singulari. Partim quod noui coniuges, non ad lusus; sed labores uenire debeant, acquirendi ea, quae necessaria ad uictum & cultum: partim, ne Iudaeorum numeri caperent inuidenda incrementa.

EBRAEORVM *aetas* MAIOR *est* XX. *annorum.*

L. Thalmudica *in* XVIII. *anno nuptias definiens.*

R. P. constit. *aduersus Iudaeorum* praematura matrimonia.

§. 7. Quod uero Iudaeis MAIOR aetas XX. annorum fuerit, illud nunc probabo, argumentis, non leuibus, sed grauibus ac idoneis. Nam principio anno demum XX. adolescentes Iudaei in CENSVM relati LEVIT. *cap.* XXVII. 3. atque EXODI *c.* XXXVIII. *u.* 26. quasi matriculae *ciuium* siue leucomati aut *lexiarchico* inscripti, quod etiam anno aetatis XX. factum apud Graecos *cap.* II. §. 6. Eadem aetate XX. annorum licuerat illis, de suo offerre *holocausta* & *sacrificia* EXOD. *cap.* XXX. *u.* 14.

Argumenta XX. *annum facere* MAIOREM *Ebraeis.*

Quia tum 1) *in* censu.

2) sacrificio.

Quasi

Quasi ante hoc tempus rerum administratione carerent,
3) *numero aut classe.* sub cura aliena constituti. Eadem aetate XX. annorum relati in *numeros* & classes NVM. *cap. I. u. 3.* quasi antea do-
4) militia. mus pars, tum reipublicae *cap.* III. §. *3.* Eadem aetate XX. uocati ad militiam NVM. XXXI. *u. 2.* atque *1. Chron.* XXVIII. *u. 23.* cum tamen etiam *minores* alias ferre arma oporteat, uti de Latio *cap.* I. §. *1. 2.* de Graecia *cap.* II. §. *6.* de Germania *cap.* III. §. *4.* de Longobardia *cap.* IV. §. *2.* dictum, tantum abest, excusari a militia *maiorem* aetate.
5) poena. Demum in hanc XX. annorum aetatem etiam sparsae minae ac poena statuta, ne uiderent Canaan, tot annos nati NVMER. *cap.* XXXII. *u. 11.* quasi *minorum* conuitia
6) possessione. non tanta, quam *maiorum.* Eadem aetate XX. annorum non antea *fundi* concessi & adsignati; seruato tamen succedendi iure, quod GROTIVS addit *Num. 27. u. 2.*
7) *negotiis & mercatu.* Quapropter ipse BVXTORFIVS *cap.* VIII. *synagogae* tandem ita claudit: *anno XX. liberum Iudaeis est, negotiari; commercium exercere; mercaturam facere; conducere; locare; emere; uendere; permutare; fallere; decipere.* Atqui
8) *extra tutelam.* illa enim *maioris* aetatis uis. Quod magis est, etiam SELDENVS *de success. c. 9.* docet, Ebraeos destitui uerbo, quo exprimant tutorem, quem ideo Graeco ore dicant אפיטרופין *epitropin*, ἐπίτροπον. Certo argumento, in *iure tutelari* eosdem sequi leges Graecorum, continuantium tutelas ad XX. annum aetatis, quod *cap.* II. §. *6.* Ceterum, Iudaeos, iure incolatus nostro aeuo donatos, leges sequi oportere suae prouinciae ac ciuitatis, uti in aliis omnibus causis; sic in hac ipsa quoque, illud quidem est, quod ignotum nemini.

De iure PVBLICO *Ebraeorum in aetate* MAIORI.

§. 8. In IVRE tamen PVBLICO Ebraeorum illud existimo, *uirtutem* principes Israelis fecisse MAIORES, non numeros annorum. De SALOMONE memorat IGNATIVS (*) martyr.

(*) Quae inter epistolas interpolatas Ignatii habetur *p.* 141. edit. *Vossianae.* Nam ibi tractat hoc argumentum ex instituto. quod sperni in *episcopo* non debeat *adole-*

epist.

epiſt. ad Magneſios: Σολομὼν δωδεκαετὴς κρίσιν ἐπὶ ταῖς γύ- XII. annor.
ναιξὶν ἐποιήσατο; *Salomon duodenarius iudicium tulit inter* SALAMO.
duas foeminas. Imo *regis ſeptennis* exemplum adparet in VII. annor.
IOA, Athalia occiſa. Definite II. *Reg. c. 12. u. 1.* atque II. IOAS.
Chronic. c. 24. u. 1. ſcribitur: IOAS *ſeptem annos natus fue-*
rat, quum fieret rex. Porro *duodenarius* puer accepit XII. annor.
regni Iſraelitici clauum MANASSE, ut calculus ponitur MANASSE.
II. *Reg. cap. 21. u. 1.* atque II. *Chronic. cap. 33. u. 1.* Praete-
rea *Amazia* rege mortuo, ſucceſſit in regno adoleſcens XVI. annor.
XVI. annorum ASARIA ſiue VSIA, quod pariter dicitur R. *Vſia ſeu*
tum II. *Reg. cap. 15. u. 2.* tum II. *Chronic. cap. 26. u. 1.* ASARIA.
Neque etiam inuenitur, *pueris regibus* datos eſſe *tutores* aut *regentes* aliquo tempore, usque dum adoleuiſſent. Quorum enim conſiliis uſi fuerant, illi non poterunt hoc cenſu haberi. Nam adminiſtrorum nomina geſſerant; non tutorum aut curatorum regni. Et forte tenui aetatulae ad latus *prophetae* fuerant, acti numine, ut ideo facilius eſſet, tolerare regum puerilem aetatem.

§. 9. Illud requiritur adhuc: *num puer rex irati nu-* Reges PVE-
minis poena? Ita edicere uidetur ESAIAS *cap. III. u. 4.* & RI ira Dei.
eius uerba ita accipere Lutherus: *und will ihnen iünglinge zu fürſten geben. Und kindiſche ſollen über ſie herrſchen.* Etiam Salomo, licet ipſe in puerili aetate rex, inclamare adſolet ECCLESIATES *cap. X. u. 17.* uae! *tibi regnum, cuius rex puer* & in uernacula: *Wehe dir land? deß kœnig ein kind iſt.* Imo LXX. non minus interpretes uerbum ita accipiunt redduntque illud in ſua lingua νεώτερος. Inde etiam prophetia *S.* BRIGITTÆ: *uae atque iterum uae, quando* PVER *ſedebit ſuper ſedem* LILII, ad quae uerba prouocat *Pierre de* LANCRE *au tableau de l'inconſtance liu. 4. diſc. 1. n. 4.* Verum, ut ab ultima incipiam, *pueri* regis alii ſenſus

ſcentia. Quod increpauerit *Samuel*, admodum puer Heli ſacerdotem nonagenarium. Quod *Daniel* XII. annorum ſuperauerit canos ſapientes. Quod Timotheo ſuaſor fuerit Paulus, ne patiatur ſpernere iuuentutem, cetera.

fenſus occurrunt in *S.* BRIGITTÆ *reuelation. lib. VI. c. 41.* ubi, ſi fabula uera, chriſtus adloquitur eandem, uerbis hiſce: *Dixi tibi* (ſancta Brigitta de rege Sueciae eius aeui) *quod* PVER *ille eſt* REX. *Et hoc poteris ex duobus intelligere: primo inſano regimine ſuo; deinde ex exercitu innumerabili,* quaſi in ultimo ſumma fortunarum. Calculo igitur ipſius Chriſti non *anni regis* numerantur; ſed parum ſana conſilia. Pueris magis digna, quam uiris. Vt nihil dubitare liceat, uirum tum pueri uerbo increpandum, ſi egerit pueriliter. Num uero etiam LXX. interpretes hoc ſenſu locuti ſint, ualde dubito. Nam νεώτερος eſt aetate minor; non uirtute. Quod uero Ebraica uox נער *puer* uniuerſim audiat; ſiue aetate ſiue ſenſu ac intelligentia, recte DRVSIVS notat ad *Eccleſ. c. X. u. 16.* Idem in uernacula dicimus uerbo *kind*, conſilia puerilia, *kindiſche anſchläge* (*). Sed GROTIVS ad *Eccleſ. c. 10. u. 16.* perſiſtit in ſenſu proprio. *Multa* inquit *mala euenire ſolent in regnis ad puerum deuolutis. Quod raro tutores rem gerant ex fide. Exemplum* IOASI *2. Reg. 11. deſcriptum. Et poſt* ANCVM MARTIVM *Romae; imo* ARCADII & HONORII *aetate in imperio Romano* multae ideo calamitates. Poſt idem ad *Eſaiae c.* III. *u. 4.* uertit *regem puerum* illum, qui nullius conſilii. Vtrumque uerbuli ſenſum cum cura euoluit etiam FORERIVS; Eſaiae interpres inſignis.

Apologia *aduerſus contemptores* pueros reges.

§. 10. Quod igitur AGATHIAS *lib. I. Goth. p. 15.* de THEOBALDO Francorum rege ſcriptum reliquit: quod patri *Theodiberto* ſucceſſerit in regno, licet admodum *puer* & ſub cura agens magiſtri, idque FRANCICA LEGE, quae etiam uocare ſoleat *reges* pueros (†): illud in Ebraeorum repu-

(*) *Steph.* GVICHARTVS, en l'harmonie etymologique, des langues neſcit offendere uerbum, quod in alia lingua reſpondeat נער Ebraeo. Sed habebit illud omnino in uernacula noſtra; in qua נער dicimus *narr* & puerulum, iuuenculam, infantem atque etiam hominem bardum & ſtultum. Vnde iterum linguarum Germanicae & Ebraicae ſpecimen habes inſignis harmoniae.

(†) Graeca uerba AGATHIAE *lib. I. hiſt. Goth. p. 15.* ſunt fere eadem: Διαδέχεται δὲ τὴν ἀρχὴν Θευδίβαλδος ὁ ΠΑΙΣ. ὅς

republica eſt repetendum: quod *lege* non liceat *pueritiam regis* ſpernere. De *Iſraelitici* autem *regis tutore* non habeo, quod dicam: unde quaeſtio ſolui nequit, quo aetatis anno auctoritas tutelaris finita. Certis tamen eſſe licet, quod regibus non iidem cum ſubditis anni definiti. Quod magis eſt IGNATIVS martyr in *epiſt. ad Magneſios,* quae habetur inter interpolatas p. 139. ea, quae facta ſunt ſub regibus pueris, etiam tribuit ipſis, ceu naturae portentis ac heroibus, robore ſpiritus inſtructis, non annorum numeris. *Σολομῶν δὲ καὶ Ἰωσίας· ὁ μὲν δωδεκαετὴς βασιλεύσας τὴν φοβερὰν ἐκείνην καὶ δυσερμήνευτος ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ κρίσιν ἕνεκα τῶν παιδίων ἐποιήσατο. Ο δὲ ὀκταετὴς ἄρξας, τοὺς βωμοὺς καὶ τὰ τεμένη κατέῤῥιπτε καὶ τὰ ἄλση κατεπίμπρα, καὶ τοὺς ψευδιερεῖς κατέσφαττεν,* cetera. SALOMON *quoque* & IOSIAS in iuuentute mirifici & ſapientes in operibus ſuis aparuerunt. SALOMON *quidem* XII. *anno aetatis ſuae regnare incipiens, arduam & interpretabilem mulierum pro paruulis quaeſtionem terribili iudicio diſſoluit.* IOSIAS *uero* VIII. *annorum exiſtens aras & monumenta ſubuertere coepit, lucos excidere & templa deiicere. Nam & falſos ſacerdotes interfecit.* Quod ſi haec narratio uera; illud clarum eſt omnino: *uirtutem agnouiſſe hos reges* MAIORES; quamuis longe abfuiſſent ab annorum inanibus numeris.

CAP. XI.

De iure CANONICO in aetate *puberum* & *minorum.*

CLaudam periodum *legum multiplicium* in *iure canonico,* quod commune eſt *Chriſtianae Europae* DIFFERENTIAE *iuris*

δὴ εἰ καὶ νέος ἦν κομιδῇ. καὶ ἔτι ὑπὸ παιδοκόμου τιθηνούμενος, ἀλλ' ἐκάλει γε αὐτὸν εἰς τὴν ἡγεμονίαν ὁ ΠΑΤΡΙΟΣ ΝΟΜΟΣ. Num uero ideo etiam ipſi rexerint pueri; an egerint aliquandiu ſub tutela: illud difficile eſt, definire. Quoniam ab auctoritate tutelari proxime abeſt poteſtas inſolentis & impetuoſi rerum adminiſtri.

CANONICI & ciuilis. uniuersae. Primum de *pubertate:* deinde etiam de aetate *maiori.* In *prima* amplissima sunt pontificum decreta: in *ultima* definiunt haec parum aut nihil.

Quod puberes *aestimat* 1) corporis *habitu.* §. 2. Est uero in *pubertate* aestimanda ius *canonicum* a *ciuili* diuersum omnino. Vti enim Iustinianus, sublata corporis ac pubis *inspectione*, ob seculi sui pudorem, *pubertatem* definiuit annis XII. in puellis, in pueris XIV, quod dictum *cap. I. §. 21. 22.* ut licet pili & pubes citius erumperent, non tamen ideo attenderentur porro; neque in *nuptiis* neque in tempore finiendae *tutelae*: ita pontificum decreta *uentris inspectionem*, postliminii iure uel iniuria, requisiuere. Nam principio indulgent *matrimonium* cum puella *septenni*, licet aetas repugnet, quod credendum sit, iuuenem puellam tentauisse, licet complere non potuerit coitum, ex fide Innocentii III. *cap. 3. iuuenis X. de sponsalib.*

2) *idonei ad* concipiendum *& generandum.* §. 3. Deinde *canones* adprobant sententiam Cassianorum, *cap. I. 13.* quod *puberes*, id est, matrimonio apti sint illi, qui *concipere* & *generare* possint & in quibus erumpant lanugo & pili, licet infra definitam XII. aut XIV. annorum aetatem constituti *cap. 3. puberes X. de desponsatione impuber.* Tum enim dicunt *malitiam* supplere aetatem *cap. 9. de illis X. de desponsat. impub.* Qua in re consentiunt quodammodo etiam Ebraeis, qui ad *pubertatem* duos *pilos* minimum desiderarunt, quod *cap. X.* expositum fide *Maimonidis.* Quapropter frustra sunt, qui perhibent, fabulas nobis narrare Iustinianum, quod Romani olim requisiuerint ad cognoscendam pubertatem uentris & lanuginis inspectionem, quos *cap. I. §. 23. cap. II. §. 3.* & *cap. X. §. 4.* refutauimus.

3) prudentia *praecoci.* §. 4. Praeterea, ut pontifices latibula haberent, quo se possent conferre, si forte quaestio occurreret respondenda: *num tempora nuptiarum satis matura?* illi nouam pubertatis caussam adlegarunt *prudentiam*, in puellis

lis utriusque sexus annos praeuertentem. Si scilicet *prudentia* suppleat aetatem; tum etiam nuptias adprobandas impuberum lege *cap. 14. tuae nobis X. de desponſ. impuber.* Et huc etiam respicit formula, si malitia, uersutia praecox, suppleuerit aetatem *cap. 9. de illis* X. *de desp. impub.*

§. 5. Imo *consilii* rationes etiam satis pontifici ad matrimonium adprobandum *impuberum.* Ita enim Nicolaus papa *cap. 2. ubi non est* X. *de desp. imp.* hoc definit. Districtius INHIBEMVS, *ne aliqui, quorum uterque uel alter* AD AETATEM *legibus & canonibus determinatam non peruenerit, coniungantur. Nisi forte aliqua* VRGENTISSIMA NECESSITATE *interueniente. Vtpote, pro* BONO PACIS, *talis coniunctio toleretur.* Nostri certe aeui exempla illustria, ad commendandum posteris prouidentiam pontificum, in praematurorum connubiorum indultu, sub tegumento formulae: *pro pacis bono.* Nam *principes* iuuentutis, mox *reges Hispaniae* & *Galliae*, utrique *impuberes* duxerunt uxores, pariter *impuberes* uereque *infantes* idque ex indulgentia pontificiali. Vt enim Galliae princeps *regens*, tutor pueri regis, fuerat solers ac sagax: non absque consilio procurauit *nuptias* immaturas, utriusque regni heredibus, stupente ac titubante Europa, dubia omnino, quid quatuor principum *infantum connubia* infantilia protenderent huic aeuo mali uel boni, periculi aut spei? Nam *rex* GALLIAE LVDOVICVS XV. die 15. *Febr.* 1710. editus in lucem, XI. annum aetatis fuerat egressus, cum anno 1721. die 14. Aug. matrimonium contraxisset. Idque cum MARIA ANNA VICTORIA, filia *Philippi* V. R. *Hispaniae*, infantula IV. annorum, edita in lucem die *31. Martii* 1718. ut ne quidem nomen ferre posset uxorculae. Eodem fere tempore exemploque LVDOVICVS I. *Hispaniae* infans, postea *rex*, natus die *25. Aug.* 1707. post annum aetatis XVI. uxorculam duxit LVDO-

4) *reipublicae* commodis.

Hinc OSTENTA *connubiorum.*

LVDOV. XV. *R.* Galliae *an.* XI. *aetatis* 1721.

Vxorcula IV. *annor.*

LVDOVICI I. Hisp. *R.* *anno* XV. *aetatis.*

Vxorcula XIII. annorum. VICAM ELISABETHAM, *Galliae tutoris* filiam *die 18. Aug.* 1723. quae fuerat tum XIII. annorum, nata *die 11. Dec.* 1709. Sed euentus docuit, frustra consilia quaeri, ubi fata nutant. Nam, in maximarum rerum conatu, morte praeuentus est *Philippus* II. dux *Aurelianensis*, Galliae tutor *regens, die 11. Dec. anno* 1723. uix quadragenarius, connubialium fabularum auctor & actor. Hunc sequutus est in obitu extremo LVDOVICVS Hispaniae rex *die 30. Aug.* 1724. uix plenae pubertatis adolescens. Neque hoc satis. Nam Galliae regi consultores sunt, qui suadent eidem immaturi & praecipitis connubii diuortium. Ne aetatem, propogandae soboli dicatam, transigat sterilem detque amores egentes fructu.

5) annis XII. aut XIV. coepti. §. 6. Praeterea licet Romani in *pubertate* annos definitos completos uelint idemque requirere uideatur *cap. 14. tuae nobis* X. *de desp. impub.* sunt tamen in his limitibus iudulgentiores interpretes pontificii, quorum nomina dant SANCHEZ *lib. VII. de matrim. disp. 104. n. 2. 9.* & GVTIERREZ *de matrim. c. 2. n. 19.* Quod interest scire ideo: quoniam tum, si uel XII. uel XIV. anni inchoati, non opus est causis aliis, *pube, pilis, malitia, prudentia, bono pacis,* imo ne quidem *indulgentia* aut uenia pontificiali. Quibus tamen rebus opus est alias in *nuptiis impuberum.* Vnde etiam illud patet; *canonicam pubertatem* nuptiis solis aptam, haudquaquam uero tempori finiendae *tutelae.*

De septennio sponsalibus sufficiente. §. 7. Tum diffident etiam canones in eo a Latii institutis, quod ex constitutione *Octauii Augusti,* ne quidem *sponsalia* indulta, nisi *decennium puellarum,* ne diutius *biennio* nuptias opus esset differre, quod *cap. I. §. 27.* est declaratum: contra pontificia decreta *sponsalia omnia* habent rata in sponsis *septennibus,* omni sexus discrimine sublato, ut *cap. 13. X. de despons. impub.* Addita causa, quod foemina, licet concipiat maturius quam mas; tamen maturius non sapiat. SANCHEZ *lib.* I. *disp. 16. n. 2.* idque ex auctoritate diui Thomae.

§. 8.

§. 8. Sed est magni momenti problema: *an nuptiae impuberum sacramenti sustineant rationes?* Fidenter hoc adfirmant interpretes. Partim, quod *temporalis impotentia* matrimonium non dirimat; partim, quod satis sit malitia siue, ut molliori uerbo utar, ratio; partim, quod, qui nunc non sit soluendo, satis tamen, si olim futurus, cetera, in quibus argutiis sunt promptissimi doctores NAVARRVS *lib. IV. consf. 39. Bart. de* LEDESMA *de matrim. dub. V. fin.* ENRIQVEZ *lib. XII. de matrim. c. 7. n. 1.*

Nuptiae impuberum *num* SACRAMENTVM?

§. 9. Verum, si hoc est, ne quidem pontifici hoc datum, *ut impuberum nuptias dirimat.* Cum tamen illud habeam litteris: idem biennio abhinc actum esse in curia Romana; ut dirimat *Galliae regis* connubium pontifex, adhuc ludibrio magis cultum, quam corporum & animorum nexu sincero. Consultum certe melius fuisset reipublicae & regno, si negauisset, *impuberum nuptias* indulgere suaque authoritate & CODICILLO ac BVLLA corroborare. Memor bullae GREGORII XIII, qua anno 1580. clare edixit: *nefas esse* NEC POSSE *apostolicam sedem* DISPENSARE *nuptias impuberum; si* DISCRETIO *desit aut potentia matrimonium consummandi.* Sed, uti dixi, ambigua uerba sunt, *discretio, malitia, bonum pacis,* quae poteris trahere huc & illuc, uti aura flat.

Impuberum connubia *num* INDISSOLVBILIA.

§. 10. Quid autem iuris esse hic dixeris in *Euangelicorum* sacris institutis? Plerique sequuntur iter Romanum. Neque tamen, quod sibi sumpsere pontifices Romani, illud nostris negari debet principibus. Penes illos igitur non minus erit *uenia impuberum* ad *nuptias* ineundas. Si quidem hoc suadeat *discretio, malitia, pili, bonum pacis,* ut calamum tingam fuco curiae Romanae. Ceterum ipsos *imperii Germanici principes Euangelicos* sibi hic sufficere, ut illis, quod lubeat, liceat, facile est ad intelligendum. Tenentur enim solius DEI & NATVRÆ decretis. Quod plenius in *opusculo* ostendi: *de praeci-*

Aetas nuptiis apta apud euangelicos.

pui

pui iure principum Euangelicorum prae Rcatholico, quod ob hanc caufam fcriptum ex inftituto. Vrgent tamen rationes noftro tempore plures: *ne quis anteuertat in connubio annos plenae pubertatis.* In Germania enim noui coniuges non ad *lufum;* fed ad *laborem* uocantur, quem parua aetas fugit. Inftitutum GENEVENSE laudat ZEPPERVS *lib. IV. LL. Mofaicar. cap. 20. p. 542.* uerbis defcriptum hifce: *ut mas nullus ante* XVIII. *foemina nulla ante XIV. aetatis annos, qui quidem completi debeant intelligi, elocetur. Vtque hic conftitutio fimul corporis & uirium attendatur.* Quam etiam aetatem confiliis ac fententiis fouet firmatque CARPZOVIVS *lib. II. tit. 12. n. 18. 24.* Portenta in nupturientibus puellis & pueris hirquitallientibus non folum; fed etiam concipientibus & generantibus VII. aut VIII. aetatis anno produxere in fcenam TIRAQVELLVS *gl. VII. part. 6. LL. connubial. n. 37.* COVARRVVIAS *de matrim. part. 2. c. 5.* CORASIVS *lib. VI. mifcell. c. 23. n. 4. Innoc.* CIRONIVS *in paratit. iur. can. III. 2.* & alii plures.

Praefertim poft XVIII. *aetatis annum.*

§. 11. Cetĕrum de MINORI aetate ac tempore, finiendi *tutelam* ac *curam*, parum uel nihil tam in *decretis* inuenitur; quam in *decretalibus*. Quod mirum ideo, quoniam *pupillorum* ac *minorum* tutelas ac curas facrae litterae inculcant ferio ac faepius, ne in republica & ecclefia negligantur. Sed intellexit forte pontifex ufu, quod *tutelaria iura* multiplicia fint; ut reduci ac cogi nequeant in unius decreti harmoniam. Eft tamen *canon 5. Caufa XX. qu. 1.* dignus commemoratione. Nam increpat in illo pontifex *infulanos:* quod ante aetatem XVIII. annorum adolefcentes faciant monachos. Inde conie&o: hanc aetatem ab illo habitam pro *maiori*. Nam in *canonibus* reliquis *quaeftionis* eiusdem, XIV. aetatis annus, qui *pubertatis* eft, hic fufficit ex infana Latii do&rina, quod pili arguant iudicii robur *cap. I. §. 5.* uerum in coeno-

Defideratur in iure canonico MAIOR *aetas.*

L. infularium monachorum XVIII. *anni.*

coenobio *insulano*, quod rerum ibi facies admodum dura, requisiuit aetatem *maiorem*, *cap. IV.* definitam, id est, plenam pubertatem. Exscribam litteras, a GREGORIO M. datas, ex earum *lib. I. ep. 46.* quem CODICEM *membranaceum* MSCTVM possidet musula mea, in *Gallia* redemtum aere meo, olim inter cimelia *abbatiae* MOISSIACENSIS, ut cera eius prima prodit. Verba eius sunt haec: *Gregorius Anathemio, subdiacono S.* Et sub finem: *Quia autem dura est in insulis congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante X. & VIII. annorum tempora, suscipi prohibemus.* Et breui post: *Hoc & in Palmaria aliisque insulis te per omnia uolumus.* Ceterum uti CODEX MSCT. *membranaceus* iuris canonici, quem uoluminibus *duobus*, emtionis iure, accepi ex *Suecia*, picturas habet, singulis titulis ac *causis* adpositas sigillatim, quae exhibent oculis historiam argumenti: ita hic quoque duo *monachi* in porta coenobii adparent, qui duos pueros tenent manu, ad persuadendum illis uitam monachalem. Imo tertius additus, quem, paulo adultiorem, Anthemius auocare & eripere conatur ex coenobii ergastulo. Sane ne ciuilem quidem *militem* ante XVIII. aetatis annum initiarunt: multo minus igitur ad *sacram militiam* iunior annis est uocandus aut adsumendus. Hoc fine DIO *lib. LII. p. 479.* laudat constitutionem *Octauii Augusti* uerbis, quae sunt haec: καταλέγεσθαι δὲ χρὴ ἐς μὲν τὴν ἱππάδα ὀκτωκαιδεκέτεις. Ἐν γὰρ ταύτῃ ἡλικίᾳ μάλιστα ἥ τε τῶν σωμάτων αὐτῶν εὐεξία καὶ ἡ τῶν ψυχῶν ἐπιτηδειότης διαφαίνεται, *in equestrem ceterum statum adlegendi* OCTODECIM *annos aetatis habere debent. Hac enim aetate potissimum & corporum firma affectio & ingenium conspicitur.* Imo addit idem in maioris aetatis definitione: *quod senatui non adscriptus nisi XXV. annos natus. Magistratum* autem, id est, praetoris, quaestoris, aedilis, tribuni munus nemo obiit nisi XXX. aetatis anno. Iidem aetatis gradus in *sacra*

Collatio canonis cum MSCT. *codicibus.*

MSTA *iuris canonici.*

Lege Romana tamen XVIII. *anni* equitibus *statuti.*

Latii *harmonia cum V.T. & iure* canonico.

X *militia*

militia definiti Leuitis; presbyteris; episcopis ordinibusque aliis definiti. Sed haec instituta munerum singularia sunt. Nolumus autem hic extra oleas uagari.

De AETATE *sacris ordinibus* definita, *cursim.*

§. 12. Addemus tamen etiam illos aetatis gradus ad *spartam sacram* capessendam; sed tantum per epitomen. In *quatuor* ORDINIBVS MINORIBVS ostiario, exorcistae, lectori, acolutho satis esse dicunt annum aetatis XII. in prioribus quidem tribus; in ultimo XIV. Dd. ad *cap.* 2. *in singulis distinct.* 77. Ad munus SVBDIACONI requirit XVIII. annum, *cap.* 3. *generalem de aetate praeficiendor. in Clement.* ad DIACONATVS XX. ad PRESBYTERATVM XXV. Dd. ad *cap.* 3. *de aet. praefic. in Clem.* ad CANONICATVM XIV. licet hic alii indulgentiores, qui *canonicum* fieri posse dicunt puerum *septennem*, quod tum celebrare liceat ei sponsalia, ROFFINVS *de benefic. c.* 2. *n.* 23. ad EPISCOPATVM XXX. *can.* 6. *episcopus distinct.* 77. atque *cap.* 7. *X. de elect. & electi potest.* Quae aetas etiam sufficit CARDINALI, imo ipsi PAPAE, adiuncta ratione; quoniam hoc anno Christus accesserit ad supremum pontificatum, quae uerba *canonis* 4. *presbyter distinct.* 78. Vetustiori tempore in ABBATISSAM noluerunt eligi aut suffici, nisi LX. annos natam *can.* 12. *causa XX. qu.* 1. sed postea haec aetas contracta est triginta annis. Nam XXX. annorum *abbatissa* habetur in *cap.* 43. *indemnitatibus de elect. & el. pot. in VI.* Neque olim MONIALIS consecrata uel uelata ante XXV. annum, nisi necessitate periclitantis pudicitiae, *can.* 14. 15. *causa XX. q.* 1. neque SANCTIMONIALIS facta ante XL. aetatis annum *can.* 13. *causa XX. qu.* 1. Verum postea satis fuerat pubertas & XX. annorum aetas *cap.* 43. *de elect. in VI.* Mittimus dignitates alias sacras in definita aetate, quam descripsere interpretes uulgares.

Vbi tamen locus VENIAE

§. 13. Vti uero *pontificis Romani* est, ueniam largiri in his merentibus, ob causam doctrinae & uirtutis: sic

ſic nemo dubitare poteſt, *Euangelici principis* etiam haec iura praecipua eſſe, ut concedat requirentibus eandem hanc indulgentiam. Ante plures annos cauſa haec uocata in dubium. Cum *iuuencula princeps Meklenburgica* adſpiraret ad ſpartam *abbatiſſae*, idque iure ac merito, ut nos tuiti ſumus in ordine iureconſultorum, ex ſolius principis indulgentia. *1) pontificiali 2) principali.*

§. 14. Num uero etiam *ſacri collegii* ſit; *epiſcopo ueniam largiri aetatis:* illud quidem disquiſitum fuit in MERSEBVRGENSI praeſulatu. Nam in *formula*, a capitulo praeſcripta nouo epiſcopo, ſufficere ei debuerat XVIII. aetatis annus, ad ſuſcipiendum ac regendum epiſcopatum. Verum contradixere TVTORES PRINCIPALES prouocaruntque ad annum XXI. qui Saxoniae ducibus omnibus eſſet proprius in aetate MAIORI. Repreſſit conatum quoque imperialis codicillus. Ob cauſam *cap. IX. §. 4.* indicatam. Nam *capituli cathedralis* nulla hic iura ſunt. Vel enim hi ſacri collegae aeſtimantur intuitu ſui *muneris*, illi agunt, antiſtitis ſui *conſiliarii* & *adminiſtri*, non magiſtri aut imperii ſocii: uel intuitu *fundorum* & *praediorum* prouincialium, ubi prae aliis prouinciae *ordinibus* nihil habent praecipui. Eſt igitur cum *auguſtiſſimi imperatoris* LEOPOLDI die 11. Septembr. CIↃ IↃ CXCVIII. concepto codicillo; tum *pontificum* Romanorum *Nicolai VI. Pii V. Gregorii X.* bullis proſcripta & improbata inſolentia, inaudita omni aeuo, quod ſibi adrogare ſolent barbarum nomen *condominatus* cum ſuo antiſtite; quaſi ille in cauſis ſacris & ciuilibus penderet ab eorundem nutu conſenſuque. Nam *epiſcopis* in iure canonico definita *ſacra* poteſtas; quam *capitula* illis nequeunt eripere aut deminuere pactis, formulis, *capitulationibus*, quod uerbum nouum & licentioſum, uitandum omnino in republica eccleſiaſtica. In *potentatu*

Quod dari non debet CAPITVLIS. *1) euangelicis.* *2)* Rom. catholicis.

Quorum licentiam improbant 1) Caeſar. 2) Papae.

3) *Rationes diuinae & humanae.*

tatu autem territoriali ſua iura accepere *epiſcopi* ab *imperatore* nexu libelloque beneficiario. Quem conuellere nequeunt capitula ſine opprobrio & crimine ſacrilegii.

4) Concilia. Addere ideo poſſem *conciliorum decreta*, capitulorum formulas, epiſcopo obtruſas, pariter redarguentium, praeſertim nouiſſimi *Tridentini*. Sed tractamus hunc locum ὡς ἐν παρόδῳ. Illud certum: ſublatam ideo iuramentis epiſcoporum uim omnem neque *capitulationem* porro eſſe aliquo loco, niſi Caeſaris iudicio conſenſuque confectam & adprobatam.

CAP. XII.

De doctrina ac moribus IVDAEORVM noſtri aeui ac ciuitatis in aetate PVBERVM AC MINORVM.

Occaſio *ſcribendorum*.

CUm REGALI IVSSV in cauſas & crimina inquirendum eſſet excitati aduerſus Iudaeos, huius urbis incolas, tumultus; *templi lapidati* & expilati *die* 24. menſis *Iunii*, qui *Ioanni* erat ſacer, anno CIↃIↃCCXXIV. nata eſt mihi occaſio plurium etiam cum doctioribus Iudaeis colloquiorum. Accidit ergo, ut eosdem conſulerem pariter, quae eorundem *de aetate puberum* & *maiorum* eſſent doctrinae fuiſſentque olim. Quorum reſponſa, cum ſingularia ſint, noſtris interpretibus ſacris fere ignorata, illa enarrabo bona fide.

IVDAICA *reſponſa* SINGVLARIA 1) *in pubertate ex* pilis.

§. 2. Principio mihi dederunt cum ex MISCHNA; tum ex THALMVDE loca inſignia, unde conſtat, in utroque iam libro praeceptum haberi, de pubertate ex *pilis duobus* intelligenda & cognoſcenda. Contextus uerborum eſt, qui ſequitur:

משנה

משנה נדה פרק חמישי דף מ״ה

ה״ בת אחת עשרה שנה ויום אחד נדריה נבדקים בת שתים
עשרה שנה ויום אחד קיימין ובודקין כל שתים עשרה שנה: בן
שתים עשרה שנה ויום אחד נדריו נבדקין בן שלש עשרה שנה
ויום אחד נדריו קיימין:

גמרא

במדבר ו״ו (איש כי יפלא לנדור נדר) מה ת״ל איש לרבות בן שלש עשרה
שנה ויום אחד שאף על פי שאינו יודע להפליא כיון שהביא
שתי שערות נדריו קיימין:

Senſus Thalmudici decreti eſt fere hic: FILIA *XI. annorum & diei unius: ſi obſtrinxerit ſe uoto: tum inquirendum eſt, an uouerit intelligens rerum? Si autem illa* XII. *annos* & I. *diem nata, non opus eſt porro inquiſitione. Idem in* FILIIS *dicendum ac repetendum, quod ſi anno aetatis* XII. & I. *diei uouerit; inquiſitione opus: ſi uero annos natus* XIII. & I. *diem policitatione ſe obſtrinxerit, inquiſitione non eſt opus, nam, ſine ea, tenetur. Excipe in utraque, ſexus utriusque prole; ſi adparuerint in ore pubis* DVO PILI. *Tum obligabuntur utrique, quod non ſint* INVESTES. *Ideoque etiam tum cum demortui fratris uidua coire tenentur.* Neque ob paruulam aetatulam excuſantur.

§. 3. Deinde licet uoce גָּדוֹל compelletur tum *puerulus,* quod, noſtro loquendi more, ſit *ein geſelle,* qui uxorem ducere poſſit; haudquaquam tamen ideo eundem in ſenſu ciuili MAIOREM haberi aut ſuae tutelae relinqui. Hoc enim falſiſſimum eſſe improbatumque uſu quotidiano hodieque, ubi etiam *marituli* & *uxorculae* perſiſtant ſub tutela uel, ut ipſi in uulgari ſermone dicant, *apotropo,* id eſt, ἐπιτρόπῳ. Noſtros igitur interpretes decepiſſe uerbum גָּדוֹל, qui ſit maior ad *nubendum,* non ad negotia adminiſtrandum. Quod noſtrae etiam nares ſuboluerunt *cap. X. §. 3. 7.* — 2) *in uoce* גָּדוֹל

§. 4. Porro THALMVDICA etiam inſtituta aetatis — 3) *in educatione.*

 gradus

gradus definiuere in diſcendis *ſacris litteris*, ut reddimus uerba exſcripta:

משנה אבות פרק חמישי

בן חמש שנים למקרא בן עשר שנים למשנה בן שלש עשרה שנה למצות בן חמש עשרה לגמרא בן שמנה עשרה לחופה׃

Quorum ſenſus eſt hic: *Filius V. annorum addiſcet rudimenta diuinorum praeceptorum, & tractabit* CODICEM *diuinum: X. anno Miſchnam:* XIII. *anno obligabitur praeceptorum legis obſeruantia: XV. anno leget* GEMARAM *ſeu Talmudum:* XVIII. *anno aetatis ducat* VXOREM.

4) in obligatione ad connubia XVIII. *anno.*

§. 5. Vt uero de *ultimo* aliquid addam: credunt ideo *Iudaei*, ſe ultra XVIII. aetatis annum connubia, ſine peccato non poſſe differre. Interim quam primum puellae annos XII. & pueri annos XIII. uuumque diem nati ſint, nubere ac ducere poſſe, imo ante hoc tempus quoque, ſi comparuerint *duo pili.* Falſi igitur ſunt noſtri interpretes; qui perhibent, Iudaeis per *Thalmudica praecepta* matrimonia anno demum aetatis XVIII. indulgeri. Quem errorem & nos praeſenſimus *cap. X. §. 6.* Et hoc eſt, quare *Iudaei* noſtri ualde doluerunt de *codicillo regali, cap. X. §. 6.* pariter adducto: *quod* PECCATVM *in* DEVM *habeatur, poſt* XVIII. *aetatis annum, Iudaeum non ſolicitum eſſe de connubio.* Qua cauſa, dicunt, conſtitutionem tollendam non uſu.

5) *in* plena pubertate *facultas alienandi bona* mobilia *tantum.*

§. 6. Tum & illud cautum *Thalmudico praecepto*: quod ſi Iudaeus adoleſcens XVIII. annos natus, tutore etiam ante hoc tempus deſtitutus, careat rebus ad uictum & cultum neceſſariis, alienare queat res *mobiles*, necquicquam fundos ac terras. Quibus moribus etiam utuntur Hungari *cap.* III. §. *16.*

6) *in Iudaico uerbo* אפיטרופוס

§. 7. Poſt cum aliud uerbum deſit Iudaeis, quo *tutorem* aut *curatorem* exprimant, quam Graecum illud *apotropus*, nam ε in α degenerauit ore uulgi; ideo exinde coniectura non leuis; *Miſchnam, Talmudum, Gemaram*

ram ceteraque omnia Iudaeorum monumenta, ne quidem uetustissimis exceptis, pro spoliis habenda alienis *Graeci iuris & monarchiae.* Alias enim fieri non potuisset, irrepsisse in hos libros *technica nomina* iuris Graecorum. Qua de re dictum *cap. X. §. 7.*

7) RABBINORVM digladiationes *de aetate* MAIORI.

§. 8. Praeterea acriter inuicem digladiati sunt iam olim RABBINI: *quo tempore adolescens iudaeus possit suae tutelae relinqui, in alienandis bonis? In tres itum est partes. R.* NACHMAN *satis esse putat annum aetatis* XVIII. *contradicit ei R.* HVNNA, qui ideo definit annum XX. *Alii sunt, qui, in alienatione mobilium, putant respiciendum esse ad uirtutem & animi robur.* Idque censu iudicis cuiusque. Transcribam, nobis excerptum, contextum.

מסכת בבא בתרא דף קנ"ה

איתמר קטן מאימתי מוכר בנכסי אביו רבא אמר רב נחמן בן שמנה עשרה שנה ורב הונא בר חיננא אמר רב נחמן בן עשרים שנה:

רש"י קטון היורש נכסי אביו שמרת מאימתי מוכר בנכסי אביו בקרקעותיו ותהוי מכירתו מכירה דאילו גבי מטלטלי תנן הפעוטות מקחן מקח וממכרן ממכר במטלטלין ומפרשינן התם כל חד לפום חורפיה ומשום כדי חייו תקינו ליה רבנן במטלטלין דתיהוי מכירה למזונותיו אבל לא במקרקע:

8) *in XX. anno* MAIOR.

§. 9. Sed quicquid sit eorundem bellorum: illud tamen uno ore confirmant nostri Iudaei: quod, quaqua terrarum illi dispersi sint, sub tutela illi ubique relinquant liberos suos ad XX. usque aetatis annum. Siquidem lege prouinciali non constringantur ad calculos & numeros annorum alios. Ex hoc enim tempore demum fieri quemque rerum suarum administratorem & arbitrum liberum. Siue autem hoc Iudaei habeant ex instituto MOSIS, de quo *cap. X. §. 7.* siue referas hoc quoque inter *Graecae Monarchiae* & iuris Graeci reliquias, de quibus *cap.* II. *§. 5.* nobis est perinde. Cum illud sufficiat, quod is nu-

is numerus ſit ſtabilis, necquicquam conuellendus iudicio noſtrorum interpretum, rerum imperitorum.

9) *nulla* IVDAEIS *inter* tutores & curatores *diſcrimina.*

§. 10. Demum אפיטרופן dicunt Iudaei hodierni non ſolum illum, qui impuberi praeeſt; ſed etiam, qui *curam* habet *puberis* ac *minoris.* Igitur illud eſt certum; nulla apud *Iudaeos* noſtros *tutorum* ac *curatorum* diſcrimina, inſtar populorum aliorum, de quibus *cap.* II. §. 6. & *c.* VII. §. 4. Cum utriusque aetatis, id eſt, & puerorum & adoleſcentum praefecti eodem ſpatio ac paſſu illis ambulare uideantur.

10) Iudaeis *nulla* tutela LEGITIMA.

§. 11. Tandem, ut addam hoc curſim, apud *Iudaeos* noſtros nulla ratio in tutelis *agnatorum* aut *conſanguineorum* ob *heredipetarum* ſtudia. Officium enim exigit iudicis, ut pupillo nominet tutorem, non qui *ſanguine* ſe commendat; ſed uirtute, moribus, integritate uitae, rerum pupilli intelligentia ac peritia. Verba, nobis data, reddimus:

מסכת גיטין פרק חמישי דף נ"ב

אפיטרופוס שמינהו אבי יתומים או מינהו בית דין ישבע:

רש"י ישבע בשיגדלו היתומין ישבע להן שאין לו בידו כלום משלהן:

11) IVRAMENTO *purgatorio* tutoris *ſine cauſa aut culpa.*

§. 12. Ad extremum, illud eſt aequitati & rationi aduerſum paulo; *rationes ab epitropis reddendas non niſi iuratas, poſita tutela.* Sed quem noſtra fides *bonum* habet eousque, quousque probatur fuiſſe *malus;* contra Iudaei, ex ingenio forte ſuo, aeſtimant ſui ſimiles, neque ante *bonos* credunt, quam purgata conſcientia iureiurando.

12) *pactitia* tutela *Iudaeis.*

§. 13. Taceo, quod *Iudaeis* nouum *tutelae* genus, *pactitium* ſcilicet, ſi quis uiuo patri, de tutela pupilli ſuſcipienda, dederit fidem. Imo facta nominatione *tutoris a parente inter uiuos,* ſine ullis ultimae uoluntatis ſolennibus declarata. Qua ſtandum omnino idque ideo, quod *cauſa Dei* ſit, agere tutorem & bene curare res pupilli.

§. 14.

§. 14. Ita, NVMINI gratiae sint, *unius argumenti* omnes rationes habitae. Confectus latissime patens ambitus rerum iuriumque omnium *naturae; Latii; Graeciae; Germaniae; Longobardiae; Ebraeorum; pontificum; gentium* Europae uniuersae, sigillatim nostri aeui *Iudaeorum*. Ordine quidem non turbato; sed distincto in classes: non effuso instituto, instar cornu copiae; sed reuocato sub incudem & examen curatum & acre. Neque adparatus uitulo alieno conductus: sed conciliatus ac congestus proprio marte, industria, operis ac uigiliis. Vnde lector proficere queat in diuina & humana sapientia; in prudentia iuris priuati ac publici; in ueteris, medii ac nouissimi aeui litteris ac disciplinis; in cauendis temporum ac hominum erroribus cernendoque ac diiudicando uero & aequo: ut ad operis absoluti & pragmatici mensuram ac pretium parum queat desiderari. Epilogus.

§. 15. Qui modus scribendi plus iudicii, olei, salis & scientiae habet, quam illorum, qui in his argumenti generibus commentis indulgent sui unius cerebelli, uacui, inanis, instabilis & uertiginosi. Proiecti tamen ad cauillationes ac sordes plusquam scurriles; ad insidias & calumnias struendas & euomendas; imo ad mala uerba dicenda DEO & hominibus. Quae paruarum mentium & malorum capitum sunt portenta ac partus, quos nauseat stomachus firmior & animus, subactus doctrina ampliori, exsibilat, despicit, spernit; scripta sputo digniora, quam lectione aut oculis. *In maledicos.*

§. 16. Sed auocat nos iter, *regali iussu causa*que faciendum, cum ad docendum, tum ad res gerendas obstrictos simul: ut porro frui non liceat his musarum dulcissimis otiis. Quibus habere solemus alias nihil prius nihilque antiquius. Itineris *imperati ingressus.*

OPVSCVLI
De aetate PVBERVM & MINORVM
ADPENDIX.

Num. I.

Hiſtoria FINITAE TVTELAE VINARIENSIS, anno cIɔ Iɔcxv. die xxx. menſis *Octobris*. Vnde CEREMONIARVM iura perſpiciuntur: quibus SAXONIAE *elector*, IOH. GEORGIVS I. poſita tutela, pupillum IOANNEM ERNESTVM, ducem VINARIENSEM, XXI. aetatis anno, edixit adpellauitque ſolenni ritu PRINCIPEM REGENTEM & minorum fratrum TVTOREM. Idque opera *legatorum* electoralium, PHILIPPI ERNESTI *comitis de* MANSFELD; IOANNIS ERNESTI de HAVGWIZ, praepoſiti Miſnenſis; GOTHOFREDI de WOLFERSDORF, capitanei Weiſſenfelſenſis atque *Ioannis* TIMAEI, cancellarii *Zizenſis*, in palatio VINARIENSI. Quos actus *delati* ac *ſuſcepti regiminis* ac *tutelae* fratrum & quomodo in *legatione tutelari* excepti iterumque dimiſſi ſint, principi ELECTORI hac illi epiſtola perſcripſerunt die IV. Nou. cIɔ Iɔcxv.

DUrchlauchtigſter hochgeborner CHVRFVRST, *E. Churfl. ſindt unſere unterthenigſte, gehorſame vndt verpflichtte dienſte, in ſtettem vleiſs zuvor*, gnedigſter herr, E. Churfl. Gn. haben unterm dato des 10. monatstagk Octobris vorſchienen, vnnſs in gnaden zu erkennen gegeben, daſs ſie die bishero vf ſich gehabtte vndt verwaltete *Weimariſche vormundtſchafft* vndt derſelben *adminiſtration*, dem *durchlauchtigen hochgebornen furſten vndt herrn, herrn* IOHANN ERNSTEN *dem* IVNGERN, *herzogen zue Sachſen, Gulich, Cleve und Bergk, landtgraffen in Duringen, marggraffen zue Meiſſen, graffen zue der Marck vndt Ravensbergk, herrn zue Ravenſtein &c. vnſerm gnedigen furſten vndt herrn*, durch vnnſs, vf den 30. Octobris hernach RESIGNIREN vndt vbergeben zue laſſen, entſchloſſen. Derwegen gnedigſt vnnſs bevohlen, daſs wir vnnſs darnach vnfeilbar achtten ſoltten, damitt wir vf den 27. Octobris zur *Naumburgk* zuſammen kommen, volgendes tages nach *Weimar* verrucken, vndt dan vf den 29. vndt 30. offt gemeltes monats Octobris daſsjenige, was E. Churfl. Gn. inſtruction, ſo mir dem *graffen* am 22. zuvor wohl zukommen, vndt ich, wie auch vvir andern hernach, mitt vnterthenigſter reverenz empfangen, in ſich haltten vvurde, vnterthenigſt vorrichtten möchtten. Solchem zu gehorſambſter ſchuldigſter nachſezung, ſindt wir am 27. Octobris zur *Naumburgk* zuſammen kommen, haben vnſs alda eines ſchreibens an *canzler* vndt *rathe* zue

Weimar vorglichen, in welchen wir ihnen vnser ankunfft notificiret, auch wegen bestellung der *losamentter* erinnerung gethan vndt mit solchem schreiben am 28. hernach, frue einen *reuttenden* diener abgefertigett, wir aber sindt baldt hernach gefolget, also dass wir, gleichsam in puncto *vier* vhr gegen abendt, zu WEIMAR im *schloß* sindt angelangett, alda der hoffmeister Caspar von *Miltiz*, wie auch *canzler* vndt *ræthe aufgewarttet*, vndt haben vnnss ingesambt hienauff, vndt einen jeden in sein *losamentt*, so ihme assigniret worden, gefuhrett vndt begleittet. Ob wir nuhn wohl den *abendt* mit hochgedachter ihrer furstlichen gnaden, deroselben vielgeliebtten *fraw* MVTTER, dem *Altenburgischen* FREVLEIN vndt ihrer furstl. gn. herrn BRVEDERN *taffell gehaltten*, vndt vom anfang biss zue endt, so lang wir vnnss allda enthalten, wegen E. Churfl. Gn. vnnss *grosser respect* vndt *ehre* von den furstlichen persohnen selbst, den *ræthen* vndt denen, so zur *dienstwarttung* beschieden gewesen, erwiesen worden; So haben wir vnnss doch diesen *abendt* bey niemandts an gemeldett, sondern solches biss vf den sontagk am 29. Octobris gespahret. Da wir vnnss dann bey der *durchlauchtigen hochgebornen furstin vndt frawen, frawen* DOROTHEEN MARIEN, *herzogin zue Sachsen, gebornen furstin zu* ANHALT, *landgraffin in Duringen, marggraffin zue Meissen &c.* WITTBEN, durch obbenantten von *Miltiz*, haben angeben lassen, umb audienz gebetten, dieselbe auch zur stunde erlangett, vndt seindt bey ihrer furstl. gnaden, in ihrem *gemach* gewesen, der von *Miltiz* vndt D. Paulus *Bruckner*, darauff wir mitt gebuhrlicher reverenz *fur bracht:* Dass *E. Churfl. Gn.* ihren *furstl. gn.* dero freundtlichen *ehrengruß*, auch alles liebes vndt guetes vormelden liessen, vndt hetten E. Churfl. Gn. vnnss gegenwerttiges *credentif schreiben* zu geschickt, mit gnedigsten bevehl; solches ihren furstl. gn. zu vberreichen, welchs wir dan hiermitt vntertheniger gebuhr nach gethan vndt vorrichtet haben wolten. Vndt wurden nechst diesem *ihre furstl. gn.* sich gutter massen erinnern, was, bey E. Churfl. Gn. sie kurz vorruckter zeitt, *wegen* RESIGNIRVNG *dero bisher von E. Churfl. Gn. getragenen* WEIMARISCHEN VORMVNDTSCHAFFT VNDT LANDES REGIERVNG, freundtlichen *gesuchett* vndt *gebetten*, vndt welcher massen E. Churfl. Gn. kegen ihrer furstl. gn. sich darauff resolviret, auch zur *resignation* freundtlichen anerbottigk gemachtt, wofern nuhr der QVITTVNG halber, derer NOTVLL E. Churfl. Gn. ihren furstl. gn. alssbaldt zugeschicktt, dergestalt erclehrung erfolgete, dass E. Churfl. Gn. vndt dero posteritett hierunter gnugsam gesichert sein kœntten. Wan dan ihre furstl. gn. solche NOTVLL, allermassen dieselbe von E. Churfl. Gn. verfasset worden, approbiret vndt beliebett, auch die vertrœstung gethan; dass E. Churfl. Gn. herr vetter vndt pflegsohn, der *durchlauchtige hochgeborne furst vndt herr, herr* IOHANN ERNST, *der Iunger, herzogk zue Sachsen, Gulich, Cleve vndt Bergk, landgraff in Duringen, marggraff zue Meissen, graff zu der Marck vndt Ravensbergk, herr zue Ravenstein &c.* J. furstl. gn. geliebtter herr *sohn*, vnser gnediger furst vndt herr, solche volnziehen soltte. Mitt ferner freundtlicher bitte, E. Churfl. Gn. woltten nuhnmehr, wass zur *resignation nöttigk*, anordtnen;

So hetten E. Churfl. Gn. ihrer furstl. gn. freundtlichen suchen vndt bitten nichtt allein stadt vndt raum gegeben, vndt den 30. *dieses zu solchem werck deputiret*, sondern auch vnnss sæmbttlichen mitt gnugsamen *vollmachten* vndt *bevehl* hierzu ablegiret vndt abgeferttigett. Dieweil aber bey diesem werck dahin sonderlich zu sehen; dass beedes die RESIGNATIO vndt die AVSANTWORTTVNG DER QVITTVNG dagegen uno & eodem actu geschehe vndt erfolgtte, zuvor auch vleissige *collation* derer vnnss mittgegebenen *notull* der quittung, mit dem volnzogenen original angestellet werde, so liessen E. Churfl. Gn. ihrer furstl. gn. hiermitt freundtlich ersuchen, die vorfugung zu thun, damitt durch jemandt *vortrautes*, die volnzogene original-quittung vnnss gezeigett, vndt darauff die collationirung vorgenommen, vndt dass heubtwergk befordertt werden kœnne. Dan von E. Churfl. Gn. wir ausstrucklich im bevehl, ante collationem vndt vorgleichung der *ausantworttung*; zum heubtwerck *nicht zu schreitten*. Vndt vveil E. Churfl. Gn. ihren furstl. gn. auch wegen der BALEY DVRINGEN, eine *notull* des *reverses* zugeschickt; alss hetten E. Churfl. Gn. vnnss gnedigst bevohlen, bey ihren furstl. gn. vnterthenigk zu suchen, dass vnnss das *original* gleichfalss gezeigett, vndt darauff mit der verfasten *notull* collationiret werden mœge. Stelleten an vnsern orth in keinem zweiffell, weil dieses alles zu befœrderung des heubttwercks gereichtte, ihre furstl. gn. wurden derauff die billigkeitt verfugen. Hierauff hat die *furstl.* WITTBE sich ein wenig mitt dem von *Miltiz* vnterredet, vndt *durch denselben* folgendts antwortten lassen, ihre *furstl. gn* hetten angehœrett, wass vf gnedigsten bevehl E. Churfl. Gn. wir furvndt anbrachtt, *bedanckte* sich des freundtlichen *ehrengrusses* mit allem vleiss, vndt da E. Churfl. Gn. beneben dero *Churfl. gemahlin*, jungen *herrn* vndt *frewlein* sich bey bestendiger leibes gesundtheitt vndt allen Churfl. wohlergehen befunden, wehre es ihrer *furstl. gn.* zu vornehmen sehr erfreulich. Darbey dan die gœttliche allmacht E. Churfl. Gn. lange *zu fristen* vndt *zu erhalten* geruhen woltte. Unsere ankunfft zu erfahren, were ihrer furstl. gn. sehr lieb gewesen. Erinnertte sich, dass, nach todtlichen abgang des *durchlauchtigsten hochgebornen fursten vndt herrn, herrn* CHRISTIANI *des andern &c. E. Churfl. Gn. vielgeliebtten herrn bruders* hochlœblichster gedechtnus, E. Churfl. Gn. sich der TVTEL IHRER GELIEBTTEN SÖHNE vndt ADMINISTRATION DES WEIMARISCHEN FVRSTENTHVMBS, alss nechsten MITBELEHNTEN vnterzogen. Erkennete vndt ruhmete mitt *danckbarkeitt* E. Churfl. Gn. grosse gehabtte *muhewaltung*, auch ihren furstl. gn. vndt dero vielgeliebtten sœhnen geleisten treuen schuz. Wuste sich darneben wohl zu entsinnen, was an E. Churfl. Gn. sie vorruckter zeitt geschrieben, vndt wegen *resignirung* derer von E. Churfl. Gn getragenen WEIMARISCHEN VORMVNDTSCHAFFT VNDT LANDES-REGIERVNG bey derselben freundtlichen gesuchtt, darauff E. Churfl. Gn. eine *quittungsnotull* anher gesendet, mitt dieser erclehrung, vvan dieselbe durch *herzogk Johann Ernsten furstl. gn. volnzogen*, dass alss dan E. Churfl. Gn. demselben die *tutel* vndt *administration* vbergeben vvoltten. Weil dan mitt

E. *Churfl.*

E. *Churfl. Gn.* sich ihre *furstl. gn.* der *notull* halber, inhalts ergangenen schrifften, vorglichen, so hetten ihre furstl. gn. gerne vernommen, dass E Churfl. Gn. vnnss anhero abgeordnet, die resignation gebuhrlichen ins vverck zu stellen. Belangende nuhn die QVITTVNGS-NOTVLL, sey solche vngeseumett, vndt vngeendert volnzogen, soltte vnnss in originali furgezeiget vverden. Es wehre auch ihren furstl. gn. nicht zuvvieder, dass die *collationirung* furgenommen, darzue sie dan etliche vertrautte personen vvoltte abordtnen. Wan nuhn die collation geschehen, vorsehen sich ihre furstl. gn. es vvurde an der *resignation kein mangell* erscheinen. Anreichende den *revers* vvegen der BALEY DVRINGEN, erinnern sich ihre furstl. gn. gleichfalss des vberschickten *notulls*. Dievveil aber ihre *furstl. gn.* vor vvenig tagen, vvegen vveniger puncten bey *E Churfl. Gn.* vmb erclehrung gebetten, so beten ihre *furstl. gn* gnedig, damitt, biss zue *E Churfl. Gn.* ankommender resolution, in ruhe zustehen. Wir haben hier auff geantvvortet, dass E. Churfl. Gn. vvir die *dancksagung* vor dass zu entbietten, vvie auch, dass E. Churfl. Gn. die tutel vndt administration hochstgedachtes E. Churfl. Gn. in Gott ruhenden herrn bruders todtlichen hintritt vbernommen, vndt bis hieher lœblichen gefuhrett, so vvohl dass ihre furstl. gn. vnsere ankunfft zu erfahren, lieb gevvesen, vnterthenigst vvollten referiren. Vernehmen hiernechst ganz gern, dass die *quittungs-notull* volnzogen, vndt wolten nach mittage der exhibition vndt collationirung gevvartten. Den *reverss* belangende, hetten vvir bevehl, dass original mit der vnnss zugeschickten notull auch zu collationiren, darbey liessen vvirs bevvenden. Woltten vnnss aber des gnedigk begehreten anstandes halber in vnserer instruction ferner ersehen, vndt nach mittage darauff zu erclehren vvissen. Darauff ihre furstl. gn. ferner durch *Miltizen* geantvvortet, die *quittung* sey richtigk vndt solenniter, inhalts der *wechsellschrifften* volnzogen vvorden, vndt stelleten ihr furstl. gn. zue vnnss, ob vvir nach mittage der collationirung vvoltten abvvartten, darzu wir vns vnterthenigk erbotten. Sindt dorauff von ihrer furstl. gn. vviederumb *dimittiret*, haben vnnss furder durch den von *Miltiz* bey herzogk IOHANN ERNSTEN furstl. gnad. gleichsfalss noch vor der *predigt* angemeldet, vndt, alss vvir *audientz erlangt*, nach gevvœhnlichen eingange, E. Churfl. Gn. *freundt-vetterlichen gruss*, auch alles liebes vndt guthes Sr. *furstl. gn.* vormeldet. Darbeneben Sr. furstl. gn. dass vnnss zugeschickte CREDITIF-SCHREIBEN mit gebuhrlicher reverenz vberliefertt, vvelchs Sr. furstl gn. mitt ehrerbiettung von vnnss angenommen, hernach mitt mehrern angezeiget, vvelcher massen *E. Churfl. Gn.* auff freundtliches ansuchen vndt bitten, Sr. furstl. gn. vielgeliebtte fraw *mutter*, vndt nach vorgehender vorgleichung der *vormundtschafft quittung* vnnss sambttlich mitt gnugsamer vollmacht vndt instruction anhero abgeferttigett, die WEIMARISCHE VORMVNDTSCHAFFT vndt ADMINISTRATION, so E. Churfl. gn. bisshero vf sich getragen, Sr. furstl. gn. vvie *breuchlichen* vndt *herkommen*, *zu resigniren*. Zuvor aber mitt Sr. furstl. gn. vnnss des orths, da solche resignation geschehen sollte, zu vorgleichen. Vor der resignation

 aber

